Mutationem etiam loci, cum fortis est aeris impressio maxime persuadent medici. . Contagiosus enim hic morbus est valde: quod si a celesti et superiorum causa aerem imutatum comperies: te transfer ab altis ad loca tue domus bassa et infima. Si vero ad terrestri quadam euaporatione: alta pete. Cum autem valida omnimodo ea sit pestifera rabies: id quod supra designatum est age. Cito: Longe: Tarde.

Habes humanissime Laurenti sic demum super Epidimia morbo huius mee resumpcionis in scholis nuper habite publicam indaginem: id quod ita paucis vt vides in vnum figurauerimus. Potest si vult mediocriter etiam peritus hijs plura vel addere vel diminuere: Non enim omnia hic que necessaria adhuc forent ad unguem nunc absoluimus. Oculatum esse oportet vberiorique vsu eger et exercitacione qui dim [omni?] de hijs dicta et disputata huc redigere et concordare presumit quod si quid bene actum est, illis attribue quorum verba et sententias in hoc pretulimus. At si illepide minusque prudenter adiectum aliquid cognoueris: parce precor. Pacienterque discute et expurga Uale.

¶ Explicit.

Soweit ich ihn kenne, macht der offenbar noch nicht allzu alte schwäbische Professor an der Universität Dole in der Freigrafschaft einen guten Eindruck. Doch verlangt sein Büchlein noch einige Nacharbeit auf völliger Kenntnis.



Digitized by Google

## Von **Schweizer Pestschriften**

der 2. Hälfte des 15. Jahrhunderts betrachten wir an erster Stelle ein

### 182. **Consilium in peste von 1481,**

das sich im ***Cod. lat. 262*** der Münchener Staatsbibliothek auf Blatt $172^r$—$177^r$ erhalten hat mit der Subscriptio:

„. . . hec nunc sufficiunt de peste in nouembr. 1481, Campis".

Man denkt bei dieser Ortsbezeichnung zunächst an den niederdeutschen Sprachbereich; den „THOMAS A CEMPIS" kennt ja jeder Gebildete. „Auf den Kempen" ist bei den Niedersachsen eine vielfach verbreitete Ortsbezeichnung; zu den „Kampen" ist da nicht weit. Urkundlich ist aber „Campis" auf Gams oder Gambs bei St. Gallen (nach OSTERTAG, S. 199) festgelegt, das Schriftchen mag daher bei der Schweiz betrachtet werden. Aus seinem Inhalt und Wortlaut läßt sich für alemannische oder gar Schweizer Herkunft kein sicherer Anhalt gewinnen, wenn auch für seine Herkunft aus deutschem Sprachgebiete immerhin starke Wahrscheinlichkeit zu bestehen schien.

¶ Quamuis hec pestis seu pestilencia tam admirabilis et horrenda a causis superioribus precedat, regulantibus et gubernantibus corpora nostra, quorum influxum prohibere non possumus, sicut colligitur ex dictis gloriosissimi principis Galienj libro primo de differencijs febrium maxima tamen particula generatarum egritudinum est disposicio ac corporis preparacio, Ideo Galienus primo de ingenio sanitatis docet nos nihil negligenciore [?] habere in sanitate ostendere ingenij sui complementum, ideoque hoc tempore suspecto significati [?] minor negligentia habenda est. Declarabo ergo aliqua que ab illustribus doctoribus accepi, ut ipsa superiorem influxum non prohibeant, tamen corpora nostra disponunt, ut non de leui [?] a superioribus causis paciantur.

¶ Quatuor ergo sunt fienda. Primo inuestigandum quid sit pestilencia, quot et que sint cause eius, secundo uidebitur de regimine preuisiuo quod uertitur circa res non naturales et annexas aliquas. Tercio principaliter explicandum est remedium curatiuum infectorum morbo pestilenciali, quarto moliendi sunt alique questiones ad propositum.

¶ Propter euidenciam primi sciendum quid sit pestilencia, dicendum quod pestilencia est mutacio quedam in aere facta propter admixtionem vaporum corruptorum vel pestilencia est illatio plurimi nocumenti, ymmo sepius mortis et diffinitur sic: Epidimia seu pestilencia, quod idem est, est morbus quidem contagiosus id est infectiuus, natus ex corrupcione uel coagulacione sanguinis aquosi et indigesti seu ex putrefaccione humorum,

Digitized by Google

in uentriculis cordis infectorum, mala qualitate venenosa ex corrupcione aeris ut plurimum inducta a superioribus effectiue, ab inferioribus materialiter. Aer sic corruptus attrahitur a pulsione [?] inspiracione et tunc ipse corrumpit spiritus vitales in corde vnde aeris [?] humiditas circumdans spiritum corrumpitur et putrefit et per consequens putrefaccio in toto corpore generatur, post ipsam autem putrefaccionem comunicatur [?] pestilencia seu febris pestilencialis. Et licet elementa in se non putrefiant quia simplicia [?] tamen racione uaporum corruptorum admixtorum corrumpuntur et alterantur; alterantur etiam aliquando alteracione occulta, que facit accidere putredines in istis inferioribus et tales cause non equaliter inferunt omnibus habitantibus in loco pestilenciali, quia omnes homines non sunt equaliter dispositi vt wult doctus Auicenna prima quarti capitulo febri pestilenciali. Similiter aer non putrefit per se nisi propter commixtionem vaporum, a terra et ab aqua eleuatorum uel ab aliis corporibus. Sic nec aqua putrefit nisi propter admixtionem alicuius substancie terree. ¶ Dico quod causa pestilencie aeris in genere duobus modis esse dinoscitur secundum egregium Galienum et sacrosanctum [?] Yppo⟨cratem⟩ libro epidimiarum qui intitulatur liber pestilencie: quedam enim est particularis et propinqua, de qua causa quidam medicorum; Galienus libro primo de differencijs febrium item quarto de febri pestilenciali sic inquit: Principium autem putredinis seu pestilencie uel est multitudo cadauerum non conbustorum aut non sepultorum ut in prelijs consuetum est contingere, aut ex aqua uel stagnarum uaporibus in quibus infusa fuerunt linum et canapum et similia et ista causa non consideratur in presenti pestilencia, quomodo infeccio aeris a causa particulari non esset tam vniuersalis et successiue se transferens de regione in regionem et a prouincia in prouinciam, de vno loco determinato ad alium locum determinatum sicut est infeccio presentis temporis per successionem comunicata quasi toto humano generi. ¶ Secunda, causa vniversalis et remota est dispositio eueniens ex formis celi siue ymaginibus facientibus esse necessarium illud cuius euentus a medico ignoratur, que disposiciones faciun tputrescere aquam et aerem faciunt putrescere in visceribus terre et hec maxime contigunt eclipsibus solis et lune et coniuncione planetarum, maxime saturni et martis cum stellis fixis aut aduncticione [?] ipsorum in aliquo signo determinato; hec consiliator in consilio suo differencia 39a. ¶ Sed secundum astrologorum optimorum et medicorum illustrium et secundum sentenciam doctissimorum Yppocratis, Galieni ut Auicenne est diuersa anni constitutio uel annorum, dependens ex diuersa et determinata coniunccione planetarum, in suis circulis habencium influenciam corruptiuam in istis inferioribus corporibus et specialiter super corpus humanum, vnde tempora non seruant necessitatam suam Yppocr. Mantas [?] temporum maxime generant Morbos et in libro epidimiarum &c.

Digitized by Google

¶ Sic ergo concludendo dico saluo semper iudicio meliorum, quod si illa causa habet causam materialem his non est aliud loquenda de causa secunda et inmediata quoniam uapores et exalaciones terrestres et uapores [Bl. 172ᵛ] aquei putridi putredinj attingente substanciam rei quae acquisiuit qualitatem venenosam permixti cum aere in aere infecto causata ex diuersa et determinata coniunccione planetarum, in suis circulis secundum quarundam aristrologorem [?] suam, ut est coniuncio martis cum saturno, ut prius dixi in signo determinato circuli zodiaci, vnde terra infirmatur, aqua corrumpitur, aer inficitur et humores qui in corporibus dominantur putrescibile corrumpuntur. Hec causa non tantum principaliter consideratur a medico sed ab astrologo, cuius est scire cursum planetarum et coniuncciones eorum in circulis et diuersas constellaciones inprimentes diuersos effectus in istis corporibus inferioribus. Medico autem pertinet solum cognoscere causam secundam et immediatam scilicet aeris mutacionem vnde corpus nostrum juuatur, quoniam causam sufficientem [?] cognoscit ex effectu et hoc sufficit medico in dando remedia oportuna. Ex hoc infero corrolarium quia temporibus retroactis precesserunt multe et magne euaporaciones in aere vt nebule, pluuie et diuerse mutaciones temporum, iam in caliditate et frigiditate et huminitate ut patuit considerantibus non solum in terris vallosis sed eciam in terris siccis et montuosis, propter quod colera augmentata est in aliquibus corporibus propter inordinatum regimen, in quibus eciam mali et corrupti humores sunt generati.

¶ Dicto de primo nunc restat dicere de secundo scilicet ad consilium explicandum et sciendj prouidenciam huius de presenti. ¶ Videmus autem nunc triplici modo homines deficere, primo per viam alteracionis a materia putrida venenosa immutante seu ledente membra principalia que sunt minere et fundamenta vite, vnde in quibusdam cerebrum, in quibusdam epar, et isti ut plurimum moriuntur signati singno pestilencie, vnde propter cordis lesionem in quibusdam apparet inflacio et glandule sub asellis, in quibusdam propter cerebrj lesionem apparet post aurem uel in partibus gule et in quibusdam propter epatis lesionem apparet in iguine et in quibus apparent carbunculi in aliquibus partibus corporis ex profundo humorum putrefaccione et adhustione, quam natura conatur expellere ad extra, vnde apparent ista signacula ¶ Secundo per viam suffocacionis causati a dominio humidj crudj aquosi putrefactibili. Et certe ut videmus eciam vidimus diu humiditates multas congregarj in nostris corporibus et specialiter in capite, ex quibus multa fiunt et facta sunt apostemata gule, squinancie et ex eis moriuntur. Eciam catarrj multi subito suffocantes, eciam sunt multe surditates, gravedines capitis, caligines oculorum, pigricie multe, paralises, appoplexie, epilencie, vnde multi moriuntur, multi subito suffocati uel ex catarris descendentibus in pectus, vnde super-

Digitized by Google

uenit tussis, vene pectoris crepantur et exspuunt sanguinem cum sputo et moriuntur, et hoc est propter coagulacionem sanguinis cum membra principalia sunt; quanto plus de coagulato sanguine extra pellitur ad loca predicta, tanto maior opes de infirmi sanitate habitur. Et febres communiter euenientes veniunt cum tussi et descensu catarri ad pectus et in quibusdam humidum aquosum in flecmaticis subito fluit ad uentriculos cordis, suffocat et extinguit calidum naturale quod est in corde et moriuntur subitanea morte, non tamen aliquo signo exterius apparente quia nequaquam tam subito morerentur, si materia non esset propinqua cordi; plurimj tamen moriuntut lartium [?] quibus hominibus sanguis coagulatus est tam propinquus cordj, quod aliqui eodem die moriuntur aut in quarto, quibus autem remotus est a corde, moriuntur in septimo die, quidam undecimo, quidam quartodecimo. ¶ Tercio accidit a vermibus pessimis qui generantur ex humorum putrefaccione, vnde mordentes os stomachi quod est sensibilissimum aut ledentes alia loca nobilia, statim faciunt sincopisare et celeriter mortem inducunt tam propter dolorem tam propter fumos venenosos eleuatos ab eis, corrumpentes et suffocantes spiritus, nisi subito resistitur eis cum medicinis appropriatis interficientes [!] vermes et educentibus ad exteriora.

¶ Omnibus istis tribus modis resistitur, corpora humida exsiccando et sicca conseruando et superfluitates plene euacuando et opilaciones pororum aperire. Et iterum [?] si quis moderatis laboribus et vita decora utatur, omnino inpassibilis perseuerat, quia nec erit in eo dispositio pestilencie et hoc quantum ad actum preseruatiuum. ¶ Ista autem preuisio fiet duobus modus, primo per debitam [Bl. 173r] regulacionem et dispensacionem sex rerum non naturalium, secundo per debitam approximacionem rerum medicinalium. ¶ Propter primum sciendum quod sunt sex res non naturales in quibus consistit tota vita et tota sanitas nostra, quando debite regulatur. Et sunt aer, cibus et potus, inanicio et replecio, sompnus et vigilia, motus et quies, accidencia anime, vt sciamus per istas res vitare que sunt vitanda, fugere fugienda et sumere sumenda. ¶ Est enim generalis regula: Omne quod est infirmo remedium est eciam ad hoc sano aut lapso preseruatiuum, qui ergo scit curare egritudinem scit preseruare ab ea. Dicam ergo magis in particulari modum preseruandi. ¶ Et primo de aere quia inter res non naturales conueniens est disserere, tum propter ipsum inter res predictas fore primum nos immutans, tum propter ipsum principium propinquum existere pestilenciarum inferendi primum et principale est, ut omnium oportunum et tutissimum est in principio pestis fugere locum seu aerem infectum, antequam homo inficiatur, quod tunc per cursum temporis ualde incautum est. Aer itaque appetendus qui bone substancie est, cui non administratur aliquod ex infirmis alias firmis nec ex uaporibus putridis ele-

Digitized by Google

uatis a luto uel sterquiliniis uel a paludibus et vniversaliter a quibuscumque rebus fetentibus. Fiat ergo mutacio ad aerem, ubi nichil de predictis sit et ubi nouiter non fuerit pestilencia propter reliquias neque est cogitandum de cita reuersione. Item cauenda sunt loca, in quibus est aer corruptus et inclusus sint loca et habitacula infirmorum, in quibus iacent uel ambulent uel jacerunt nouiter. Ymo defunctis illis non minus debent habitacula non minus vitari aperiendo fenestras et januas et mouendo aerem eundem cum rebus latis ad exeundum, postea debet fierj ignis bonus in habitaculis talibus habens flammam et desuper debent poni species boni odoris et herbe que valent contra pestilenciam ut infra dicetur statim et debet, pauimentum purgari et perfundi cum aqua et aceto. Debent eciam stube et estuaria hyemalia purgarj, quia in istis est aer inclusus corruptus et calor dissolutus, similiter aliquando in lectis uel alijs iacuerunt infirmi, de quibus nemini [?] constat. ¶ Cauendum est ergo ante solis ortum mane et sero post eius occasum in libero aere morare, quia tunc cum relinquitur aer a solis radijs et uel calore ignis incirmie [?] inficitur et alteratur et alteratus corpora in eo permanencia vexat et conturbat. ¶ Illis ergo horis et specialiter de mane antequam homo egrediatur de domo debet fierj aeris rectificacio in tempore frigido cum igne eleuante flammam constructo cum lignis quercinis, vitis, juniperi, rore marino bene siccis et alijs lignis odoriferis. Deinde fiant fumigaciones supra istas carbones: ℞ ex mastice, thure, mirra, laudano, terpentina, sauina, aceto et similibus. Et in cameris habere herbarum copiam odoriferarum sicut sunt vtrumque pulegium, origanum, saluia, maiorana, betonica, scabiosa et sisimbrium et similes et maxime quando aer est nebulosus, necesse est bene disponere cum rebus predictis. ¶ In tempore autem calido estiuo rectificatur aer cum infrigidantibus et siccantibus uapores putridos permixtos cum aere et maxime habentibus aromaticitatem, quoniam ex odoriforis vigoratur multus spiritus, quare fiant suffumigaciones et incendia supra sanos et egros cum sandalis . . . . . ¶ In meridie uero et in horis magni estus aspergantur parietes domus uel camere aceto vinj odoriferj et aqua rosarum et sternantur semper folia et rami salicum . . . . super pavimatum . . . . et hoc fiet cum renouacione frequenti. Et si contingat fenestras aperire, aperiantur septentrionales. Nam aer septentrionalis et ventus . . . boreas opponitur pestilencie supposito quod putrefaccio non sit comunis, secunda primi nono Almansoris, sexto Colliget. ¶ Item nominare debetis remedium optimum locale: Infundatur spongia in aceto vini . . . frequenter teneatur ad nares . . . tempore autem frigido fiet pomum odoriferum ex laudano . . . pomum ambre . . . hec de rectificacione [Bl. 173$^{v}$]. Secunda res naturalis est cibus et potus: sit panis vnius dies . . . frumento . . . aut spelta . . . Potus sit vinum album . . . antiquum . . . aqua fontalis bene

Digitized by Google

cocta, quoniam decoccio reficit aquam ... aqua currens super mundo loco et lapidoso uel boni fontis ... mane de maluasia .,. iunenibus et colericis ... aqua ordei .... Potus autem quisque acetosus in parte est sanus. Carnes autem laudabiles ... facilis digestionis ... perdicum ... carnes castratorum non laudo ... abstineant a carnibus duris salis ... vitent aucas, anetas ... ¶ Notandum pro regula quod ad omnes cibos tam assatos quam elixos ... apponendum est acetum ... nisi singulare accidens prohibeat ut habentibus stricturas anhelitus ... uercula [!] ex leguminibus ut spelta ... de oleribus bleta ... casetam bonam ex recenti caseo ... panatam ... oua sorbilia ... Piscibus squamosis recentibus ... [Bl. 174r] ... alleum uero et cepas ... Ego uero credo quod tempore pluuioso ... consweti possunt uti ... Similiter porrum ... vitanda ..... ¶ Lac, caseus, butirum et omnia lactinia ... vitanda .... Item speciaLiter vitandi sunt fructus ... acetosa ... interdum ... nuces ... secure comedi possunt ...

¶ Tercia res ex predictis est inanicio et replecio ... vitare ... ¶ Quarta res ... est sompnus et vigilia ... ¶ Quinta res est motus et quies ... non attrahatur multus aer .... [Bl. 174v] ... Sexta et ultima res ... accidencia anime ... cauendam est a coytu laborioso ... Si tamen ardor esset adeo magnus, utatur remediis contra hoc ... non valet uxorem ducere ... balnea comunia sunt vitanda ... pluralitas hominum fugienda ...

Tercio principaliter dico de regimine curatiuo, quod fit per debitam administracionem rerum medicinalium et potest fierj duobus modis, primo quid sanis sit faciendum, secundo de curis egrorum. De sanis dico, quod specialiter sit homo attentus, ut vie ac meatus euacuacionum tocius corporis sint bene aperti ad euacuandum superfluitates ... clistere ... suppositorio ... pillulis ... Similiter ... cum diureticis ... per nares et palatum ... per poros cutis cum fricacionibus ... de mane ... oportet eciam omnino prouidere de flebotomia ... Si est materia alia peccans ... mundificetur farmacia ... Item cauendum est, ne quis comedat aut bibat cum infirmis aut de vasis eorum aut induat uestes eorum aut in lectis iaceant ubi iacerunt, sed vasa lauentur prius et vestes suspendantur ad uentum siue ad solem et sub eis accendatur thus et mirra, laetus eiciatur uel plurimum lauetur, maxime autem fugiendum est ab infirmis maxime cum ultime infirmantur. Si autem apparet commorare aliquem, tunc utatur subscriptis medicaminibus et ad certum preseruatur ab omni peste. Et eorum sunt sex: primum medicamen est quidam syrupus solempnis de intencione auctorum origentalium [!], de quibus habita est experientia pluries in magna peste. Reddit enim corpus mundum et siccum a superfluitatibus, cor, cerebrum et epar confortando similiter et alia membra, de quo quis sumat semel in septimana. Dosis eius est ℥ i semis cum vino albo uel aqua calida uel ℥ ij in corpore forti. Soluit enim bis uel

Digitized by Google

ter, et sumatur in mane et dormiat postea per vnam uel ij horas [Bl. 175r] ℞ gariofilate . . . . . Alius syrupus magistri Johannis de Sancta Sophia ℞ aque buglosse ℥ vj . . . Item alius syr. ad idem ℞ succi acetositatis citri . . . Item syrupi acetosi de agresta . . . Item aliqui dant oxizacram . . . Bolus armenus . . . Item potest sumi omni mane acetum tepidum . . . pauperes uero sumant acetum . . . Secundum remedium est vsus pilularum famosarum secundum Auicennam . . . et dico quod iste pil. non solum administrantur propter solucionem earum sed propter prohibicionem putrefaccionis humorum et debent sumi ante cibum . . . prohibent ebuliciones humorum, ex qua fiunt antraces propter adhustionem earundem et carbunculi. Alius puluis preseruatiuus a pestilencia compositus Parisius a famosissimis doctoribus valens in omni forma ut pil. prescripte ℞ sandalorum . . . Item alie pil. Gentilis et mag. Johannis de Sancta Sophia contra pestes ℞ aloes . . . Laudes earum describit quidam solempnis doctor; dicit quod miraculose sunt in uirtutibus, preseruant hominem a pestilencia ita si aliquis habuerit vsus earum, non inficitur a peste et si aliquis infectus sumpserit IX uel XI liberabitur perfecte. Dentur sec. exigentiam corporis, valent enim plus quam alique res que posset invenirj. Dicit Auenzoar, non curas ex quibus conponantur, sunt enim [Bl. 175v] magna prouisione . . . Tercium remedium est tyriaca . . . ʒj in qualibet septimana . . . Loco eciam tyriace posset quis sumere metridatum . . . vel sic pro pauperibus ℞ nucum . . . et est tyriaca pauperum. Quartum remedium est quedam solempnis confeccio valens in pestilencia et contra aerem corruptum, quam quis accipiat omni septimana semel mane ante prandium desuper bibere haustum bonj vinj vel potest recipere omni die, confortat enim cor et letificat, multiplicat bonum sanguinem, clarificat spiritum et dissolucionem eius prohibet, cuius ℞ boli ar . . . Alia confeccio ad idem ℞ boli ar . . . . Item alia confeccio ad idem ℞ conserue rosarum . . . Pro pauperibus est coriandrum . . . Quintum remedium est quidam puluis pestil. [Bl. 176r] optimus uel tragea de qua posset vti in aurora ʒj semis cum modico vini aromatici, valet in predicta, cuius ℞ tormentille ʒi . . . Alius puluis de quo quilibet debet uti in maio cottidie uel tempore pestilenciali, quo timet se de apostemate uel febre et nunquam apostemabitur uel febrit ℞ scabiose, pimpinelle . . . Item alius puluis qui preseruat a veneno et ab aere venenoso ita quod vtens eo infici non potest propter venenum et est puluis expertus quem composuit magister Johannes Cesarij medicus regis Anglie ℞ pimpinelle . . . Inter omnia magis laudo smaragdum tritum ad pondus ʒj . . . . . Sextum remedium medicinale est contra vermes in corporibus in dispositis ad eas, quia consueuerunt in peste multiplicarj vermes in corporibus propter assumpcionem diuersorum fructuum, ex quibus generantur humores putridi et corrupti et per

Digitized by Google

consequens vermes et est ut sumatur medius sciatus boni vini bulliti cum ʒ i absinthij . . . Item decoccio corticum granatorum siccorum . . . Item alia decoccio in modum Julep ℞ radicum graminis . . . Item ℞ succi foliorum enule . . . Item valet genciana . . .

Septimum remedium et vltimum est medicina odorifera quarum tres laudo: prima est pomum odoriferum et delicatum pro magnatibus confortans cerebrum et cor cuius ℞ laudanj puri ʒ i s. . . . et fiat pomum in capsula perforata et portetur et continue odoretur.

Sed pauperes accipiant thus . . .

Secunda est puluis alius ℞ corticum citri . . . ligetur in sindone et odoretur. Tercia est spongia infusa in istis: Accipe de pulueribus immediate scriptis ʒ semis . . . in quo infundatur spongia et medicocriter exprimatur et in sindone involuatur et odoretur. Similiter, spongia intincta in aqua rosarum . . . Hec sufficiant pro conseruacione et preseruacione quarum vsum signis diligenter habuerit, omnino preseruabitur a peste si deus voluerit, cuius nomen sit benedictum, [Bl. 176ᵛ.]

In administracione autem horum medicaminum talis ordo seruetur: prima die sumatur syrupus prescriptus, secunda vero die sumantur pillule, tercia die sumatur tyriaca uel metridatum, quarta die sumatur confeccio, quinta die sumatur puluis, sexta die sumatur decoccio contra vermes et si non esset suspicio de vermibus posset dimittere illam quia non delectabilis est, videatur de signis, si appareant. Sexta [! wohl septima] die quiescat et portet secum odorifera in manu. Octava die resumat aliquod ex prescriptis magis gratum. Tamen dico quod non minus potest quolibet die uti de pillulis predictis de mane uel de sero duas uel tres horas ante comestionem demptis diebus quibus sumit tyriacam uel syrupum, cum alijs autem non est cura.

In actu autem curatiuo epidimie prius videamus de signis. Cum homo incipit tristarj et superuenit dolor capitis, sompnolencia, sudor corporis ac lassitudo membrorum cum angustia pectoris, interdum fluxus ventris, interdum constipacio eius, calor extraneus, stimulacio in locis apostematum, hoc est post aures et aliis emonctorijs. Istis sic superuenientibus nullatenus differatur cura, quia per hoc negliguntur et periclitantur quod impossibilis erit.

Cura ergo talis est, cum quis senserit se ipsum taliter molestatum et stante etate uel fortitudine corporis ad statim minuat sanguinem copiose, constante tamen virtute, de vena mediana eiusdem emonctorij; si fuerit signum sub asellis es si uirtus tollerare possit, iteretur post horam in alia mediana alterius brachii, habeatur tamen respectus super virtutem, ne debilitetur. Si autem penitus multum signum appareat, fiat de mediana. Si uero appareat signum sub asellis, tunc sis tantum circumspectus, an pocius conneuiat minucio mediane, basilice uel sal-

Digitized by Google

uatelle eiusdem partis.[1]) Si uero glandula apparet in collo uel circa caput, minuatur ex eadem parte corporis vena capitis supra manum circa policem. Si autem in ingwine appareat, minuatur in pede sub talo eiusd emlateris. Non fiet flebotomia diuersiua, ne venenum trahatur ad interiora siue membra principalia, ad cor. Facta flebotomia, si infirmus non maxime febriet, detur tyriaca in quantitate fabe cum vino uel aceto calidis uel aqua rosarum, ut aliquibus melius uidetur, et ponat se ad sudandum et sic uirtus operabitur usque ad secundam diem, qua superueniente detur sibi lenis medicina laxatiua purgantem coleram ad quinque uel sex assellaciones secundum complexionem et fortitudinem nature, ut talis esset, ℞ florum boraginis .... Vel sic ℞ reubarbari electi . . .; posset autem diuersificarj hec medicina secundum diuersitatem humoris peccantis uel peccantium et uirtutem infirmi que et singula medico solicito et experto committantur vel sic secundum Gentilem R. pulpe cassiefistule . . . vel dentur sibi pilule pestilenciales vij uel nouem cum aceto tepido et tunc die tercio iterum detur tyriaca et iterum jaceat ad sudandum. Auic. tamen 3a quarti capitulo de althain dicit statim habere recursum ad epithimata et alia cardialia cum medicinis habentibus pulsum cordis et hoc fit a principio usque ad finem. Ideo alijs diebus dentur confortatiua prescripta in preseruacione. Si uero fuerint corpora debilia et corpora puerorum non flebotomari possent, tamen purgari cum pil. uel aliis appropriatis. Aliqui tamen suadent sanguisugas ponere super apostemata uel ventosas, deinde procedatur confortando etc. si huius corpora fuerunt jam infecta et apostemata per [Bl. 177r] diem uel dies cum carbunculis uel apostematibus. hec corpora non sunt flebotomanda propter duo, primo quia flebotomia agitat et mouet humores commiscendo maligna cum sano, secundo quia in processu corpora infecta sunt debilitata et flebotomia magis debilitat. Sed sumat potum uel Julep et alias medicinas superius dictas, dietentur etiam tales dieta non vino tenui licet egritudo sit acuta tamen propter continuam resolucionem et corrupcionem spirituum oportet continuo resumere, ideo alternatis vicibus cibentur resumptiuis, conditis cum acetosis ut aranciorum limonum, granatorum, citri, aceti vini aromatici, ex perdicibus, coturnicibus, auiculis contusis et assis, pullis, gallinis et prodijs [st. brodiis] gallinarum dicit Auerrosis [?] temperat complexionem hominis, ex quibus fiant pulmenta ex ordeo et pannaria. Potus sit vinum album aromaticum limphatum, et si febris esset valida, aqua ordei, vinum granatorum, vinum berberis, vinum ribes, valent eciam condimenta ex succis ribes et berberis. Gaudium si quouis modo posset

[1]) Am Rande steht von gleichzeitiger (gleicher?) Hand: „Noui quendam medicum, qui dedit in febri pestilenciali grana ij camphore dissolute in aqua rosarum, al. rectificant cum zingibere et zuccara candi camphoram.

Digitized by Google

induci esset optimum. Venter teneatur apertus, sumpnus in principio omnino prohibeatur nisi ad refocillandum aliquantulum uirtutem, ideo non longus et profundus fiet, in processu longior; fricentur extrema et si posset deambulare bonum. Si autem infirmus non posset loqui, sed iacet quasi mortuus, aperiatur cephalica super vtramque manum et detur sibi medicina laxatiua fortis et teneat in ore tyriacam; hoc idem potest fieri cum jacet quasi dormiendo. Detur infirmo nichil aliud quam aqua ordei frigida copiose, non tantum propter sitim sed ad extingwendum febrem, si est ualida. Et prouideatur infirmo de linimentis refrigerantibus et alterantibus pectus, tympora, pubes, manus, cum oleo rosarum, viollarum uel nenufarino uel populeon et similibus, et potest fierj attractio apostematum per uentosas, si tendit ad exituram ponantur due in lateribus, non supra apostemata per distanciam trium digitorum et scarificetur locus et sanguis extrahatur. Et possibile est sic glandulam resolui et hominem liberarj. Multi violenter aperiunt apostemata ante maturacionem et effunditur sanguis infectus et dicunt per hoc infirmum sanari, licet hoc fortuitu contingat, tamen est incautum, quia posset sequi statim mors, quia si sanguis non est coagulatus, tunc potest adhuc prestare subsidium nature et si est coagulatus, tunc vix potest fluere, ideo infirmus propter dolorem debilitatus in vanum. Aliqui ponunt ruptoria citius attractiua ut galbanum dissolutum in aceto calido statim cum apparet alij ex fermento, sinapi et ficubus etc. Aliqui inungunt glandulam tyriaca in principio circumcirca per distanciam vnius digiti et dicuntur per hoc sanarj. Non tamen super glandulam ponatur, quoniam repercutteret materiam ad interiora. Apostema autem rubeum saluius est quam citrinum et citrinum saluius nigro, quoniam nigrum penitus est mortale. Similiter apostema, quod exit in sinistra parte corporis est magis suspectum, maxime si est sinistre brachio et concomitantur ei mala accidencia significat, quod materia venenosa est in uel propinqua cordi. Si autem infirmus non tenetur febre aliqua non est tantum periculum, quoniam per hoc significatur, quod non est tanta materia circa cor putrefacta, sed in loco distanti. Item aliqui in antracibus et carbunculis et glandulis faciunt eciam scalpellacionem super apostema, ubi corpora possunt sufferre et bene. Et apponunt tale emplastrum ℞ succi scabiose . . . Si uero essent corpora debilia uel puerorum, tunc sine scalpellacione applicetur vel fiet emplastrum ex ficubus et uuis passis masticatis et mixtis cum fermento et pauca ruta vel sic ℞ rute, feniculi . . . et superponatur et circumliniatur locus tyriace vel sic ℞ tyriace . . . et superponatur. De maturacione et mundificacione ac consolidacione apostematis sciunt periti cyrurgici. Hec nunc sufficiant de peste in nouembri 1481 Campis.

[Die gleiche Hand hat noch das Rezept eines Pflasters „in antrace“ darunter gesetzt.]

Digitized by Google

Von den im Traktat genannten Autoren, ist weniger geläufig Joh. de Santa Sophia († 1389), auf den der Verfasser sich mehrfach beruft, bei dem sich auch die Eingeweidewürmer bei der Pest wiederfinden (vgl. Bd. VI des Archivs, S. 344—348). Völlig ungeläufig ist der Magister Johannes Caesarij, Leibarzt des englischen Königs (Zeile 310).

* * *

Es mag hier auch auf des humanistischen St. Galler Arztes Joachim Vadianus Pestbüchlein verwiesen sein, das aber in das 16. Jahrhundert schon gehört und 1519 meines Wissens zum ersten Male deutsch zu Basel bei Henric Peter in Druck kam, und später noch öfter aufgelegt wurde, z. B. 1546.

---

### 183. Des Luzerner Stadtarztes Doctor Johannes Hartmann „Praevisivum Regimen contra pestem".

In einer Papierhandschrift kleinen Formats, die mir zu Händen kam, traf ich auf den Blättern 111—132 auf allerlei Pestschriftwerk, alles von einer Hand aus der 2. Hälfte des 15. Jahrhunderts aufgezeichnet. An letzter Stelle in dieser Reihe (Bl. 124$^{r}$—132$^{r}$) ist ein Pestregiment eines Luzerner Stadtarztes Johannes Hartmann aufgezeichnet ohne besondere Überschrift, das ich zunächst heraushebe. Im Explicit ist es benannt wie wir es im folgenden Abdruck überschreiben:

Regimen praevisivum a pestilentia.

Scribit Johannes oris aureati [Joh. Chrysostomus] in libro suo de appropriatis: sanat solus langwores deus et de frugalitatis solio produxit in largitate sua medicinam. Gloriosus et excelsus, auxiliari non desinens curandi doctrinam timentibus eum explicat. Dico igitur ait princeps Auicenna primo canone fen prima capitulo de complexionibus membrorum, quod deus cuique naturali et cuilibet membrorum donauit ex complexione quod magis meretur et quod eus actionibus et disposicionibus secundum possibilitatem melius existit et sequitur. Donauit autem homini complexionem temperaciorem quam in hoc mundo esse est possibile. Reuera tamen vniuersorum conditor hominem dignissimam naturalium creaturarum instituit, tamen racione intellectus perfectionis, qui ad ymaginem dei creatus est vt in genisi: et eritis sicut dij scientes bonum et malum cum racione corporum cum eiusdem primarum qualitatum temperacior existit mixcio ypsum eciam hominem medium eternorum et corrupti-

Digitized by Google

lium spiritualium et materialium instituit. Anima nempe racionalis medium quidam quidam[!] tenet inter brutorum animas et celorum vt Auerroes[?] in de substancia orbis: omnia inquam homines racione facta sunt ut primo polliticorum: quare inquit philosophus palam est, quantum estimandum est plantas animalium genera esse et animalia hominum genera esse, manifestum est, ipsam medicinalem scienciam, hominis gracia fore inventam [Bl. 124$^{v}$]. Corpus nempe humanum medicine subicitur sciencie etc., vnde sicut sciencia in medio quodam demonstratiua existit, ut ex analeticis: a quo cum egressu fieret, minus sciencia percipietur. Similiter et moralis virtus vt ex secundo ethicorum: Est habitus electiuus in medietate existens et determinata racione et ut vtique sapiens determinabit, quam si egressa fuerit ad extremorum viciorum alterum declinabit, sic et ipsa optima sanitas in medio insticiali pondere quatuor primarum consistit qualitatum, in quo anima perfectissimas potest exercere operaciones, a quo si declinabit, sanitatis optime diffinicionem amittet. Hec autem sanitas optima invenitur in indiuiduo quod est in vltimo equalitatis ex specie que est in fine equalitatis et in etate, in qua augmentum ad suum pervenit finem vt princeps allegato loco capitulo de complexionibus. Cum igitur ex elementorum commixtione species diuerse generatorum fiant et eorum prime virtutes quatuor existant scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, necesse est complexiones in corporibus generatis et corruptis fiere[?] per eas. Et cum corporee virtutes finite sint vt diffinitum est octauo ethicorum et 12 medicine textus comenti[?] quarto, necesse est tandem hominem corrumpi. Caliditas namque post tempus consistendi minui incipit, tamen propter aerem nos circumdantem, dissoluentem et putrefacientem. Inde propter innatum calorem suis ipsius fomentum dissoluentem ad quid coadiuuant motus corporei et animales qui naturaliter sunt in vita, similiter et negatur defectus non potentis resolucioni resistere, quapropter notandum quod perfeccio et integritas, nostram perficiendi [Bl. 128$^{r}$] operacionem, est propter siccitatem, que nobis accidit. Deinde siccitas incessanter procedit, donec interimat. Nos enim a principio, ex quo creati sumus in vltima existimus humiditate, ideo necessarium est, ut calor noster ipsam superet, quia si non calor suffocaretur igitur calor continue procedit exiccando tandem ad siccitatis temperiem perveniet in etate, de qua supra dictum est. Deinde sequitur siccitas supra [suprema?] et non cessabit, donec humiditatibus resoluatur et quando plus humiditatis secundum augmentum procedit, calor in⟨n⟩atus secundum dimminucionem incedit, siccitas vero altero duorum modorum augmentatur aut propter defectum potencie recipiendi materiam aut propter caloris diminucionem. Augmentatur igitur caloris debilitas, propterea quod siccitas, in membrorum substancia dominatur et propter naturalis humiditatis diminucionem, que est sicut

Digitized by Google

materia et oleum flam⟨m⟩e lampadis vnde flama lampadis duas habet humiditates scil. aquam et oleaginem vna quorum flama esse habet et altera extinguitur. Similiter calor noster innatus duas habet humiditates, scil. naturalem per quam consistimus et alteram extraneam accidentalem que ex digerendi debilitate provenit. Et cum siccitas ad complementum acceßit, calor innatus ab extranea humiditate suffocatur et mors subsequitur naturalis, cuilibet individuo destinata secundum propriam complexionem, vnumquodque autem indiuiduum terminum habet prefixum, qui tamen in indiuiduis diuersificatur propter conplexionum diuersitatem et iste est terminus naturalis. Sed quis est qui ad hunc perveniet [Bl. 128$^{v}$] terminum, accedat et laudebimus eum.

Ad propositum in potencia medici non est, omnes homines sanare, quod si possent jam, non fuerit preuisor sed diuinis prophetis nobilior duceretur ut Ypocras primo pronosticorum testatur sed ad[!] duobus nocumentorum generibus securitatem prestare potest, vt princeps tercia primo capitulo singulari: vnum quidem genus est putrefaccionis penitus prohibicio, alterum est humiditatis radicalis, ne cito resoluatur, defensio. Et cum sit sic fideiis et prudens medicus humanum corpus ad debitum tempus secundum primam complexionam permanere facit et in esse custodit. Ego igitur Johanes Hartman arcium magistrandus et inter medicine doctores minimus, phisicus felicissime ciuitatis Lucernensis proposui in scriptum redigere preuisiuum regimen contra mortiferam ac horribilem pestem epidemialem seu pestilencialem, de qua proch dolor suspicatur, non quod ex proprio ingeniolo conscribam sed conscripta a diuersis doctoribus in Erffordensi studio precipue honorem et commodum reuelo, quorum ac fidelis ac minimus seruitorum fui. Diui⟨di⟩ssem enim hoc regimen in duo scil. in preuisiuum et curatiuum. Sed curatiuum fideli medico committo, de preuisiuo autem presens versatur intencio.

## De causis in pestilencia concurrentibus.

In pestilencia quatuor concurrunt cause, scil. pacientis disposicio, agentis fortitudo, contactus et uera [Bl. 126$^{r}$] prima est pacientis dispositio, que est potissima pe. causa gente presupposito. Actus enim activorum non sunt nisi in pacienti bene disposito secundo de anima et Galienus primo de differencijs febrium: oportet enim medicum meminisse huius semper in hoc toto sermone quod nulla causarum sine pacientis aptitudine apta nata est agere et princeps quarto Canonis fen prima de febre pestilenciali, agens inquid solum cum provenit pacienti et non est preparacio, non provenit accio nec passio et reuera corpora apta et huiusmodi impressionem recipiencia sunt corpora plurimo coytu vtencia

Digitized by Google

et similiter corpora latos habentia poros et corpora debilia ut volt princeps allegato loco, hoc est corpora quorum superfluitates non consumuntur, Rases igitur coniunctis secunda causa est fortitudo agentis et hec sumitur duplici via, vna quia agens nobis ut passio immediate approximatur et est aer per aliquam manifestam qualitatem infectus, que continuo per anhelitum attrahitur et cordis claustra ingreditur, secunda via sumitur quia aliquando in pestilenti homine inest mala proprietas aeri corruptiua est humane nec non per qualitatem manifestam sed per occultam. Aer enim talis agit in corporibus dispositis et non dispositis quando disposita secundus [?] disponendo et deinde corruptionem inducendo vt Galienus primo interiorum. Tercia causa est contactus cuius cause veritas potest sumi ex secunda. Quarta causa est mora, nam aer nobis continue approximatur et continue est aliquid derelinquens ex sui proprietate corpori humano, ex quo infero corolarie quod tam corpora disposita quam indisposita debent se ab aere infecto remouere quantum possibile est et a locis fetentibus lacunalibus et latrinalibus [?] et domibus non euentalibus [!] in quibus aer putridus intercluditur. Deinde de VI rebus non naturalibus loquendum est in quibus permaxime regimen consistit preuisiuum. Sunt autem sex res non naturales [Bl. 126$^{v}$] scil. aer, cibus . . . accidencia anime. Et primo.

## De aere.

Convenit vnicuique homini eligere sibi aerem purum, clarum et malis vaporibus non infectum . vitandum . . . vetores [!] . . . latrinarum, macellorum et loca in quo pisces venduntur similiter loca arctorum vicorum in quibus aer putridus intercluditur neque euentacio debite fieri potest vnde . . . fetores spiritum cordis corrumpunt . . . Item uitandus est aer ecclesiarum et stubarum, in quibus plures . . . homines . . . per suos anhelitus dispositos inficiunt . . . fenestre ecclesiarum omnes apperiantur et similiter stubarum in quibus conmessaciones fiunt, ut debita euentacio . . . fiat . . . Ytem mortuorum cadauera profunde satis in terram humari debent, ne putridus sapor per solares radios extractus . . . inficiat. Sint similiter . . . a mundi sterquilinijs et aliis immundicijs, Ytem vitanda loca infusa . . . in quib. lutum uel canapus putrescit . . . eligantur domus uel camere quarum fenestre respiciunt orientem uel septentrionem et mane aperiantur ut . . . euentetur, deinde cum ortus est sol ad duas uel tres horas claudentur [Bl. 127$^{r}$] iterum sit quod per totam illam diem domus uel camera sit pauci luminis . . . rectificari de mane, meridie et vespere . . . temp. estiuo ponantur frigida odorifera ut camphora . . . inroretur domus aqua frigida . . . sternentur frondes salicum . . . Teneatur similiter pannus lineus mundus frequenter in manu in aceto madefactus ad nares,



Digitized by Google

preseruat . . . Tempore vero hyemis inponat ambram . . . si pauper . . . lingna juniperi . . . diuites . . . pomum ambre, pauperes rutam . . . aere nebuloso fenestre . . . claudentur . . . aer nos tantum uel plus inmutat quam omnes alie res non naturales . . . . . fugere aerem pestilentem et transferre se ad aerem purum bonum . . . securitas est magna, quoniam melius est venenum non sumere quam sumptum euomere, etiam quia pestis non insequitur fugientem dummodo tamen non sit infectus. Sed quia non omnes effugere possumus restificemus [Bl. 127$^{v}$] igitur aerem . . .

## De pane.

Panis alme ciuitatis Thuricensis [!] pro maxima parte corrigendus non, dummodo sit de frumento laudabili . . . acimus vitetur similiter muscelle et tortelle . . . ad minus vnius diei et maxime trium . . . apponeret anisum melius esset.

## De aqua et vino.

Vinum sit album, clarum, odoriferum . . . pocius sit antiquum quam nouum . . . limphetur vinum aqua pura clara quemadmodum per medium ciuitatis Lucernensis aqua clarissima pertransit, uel corrigatur aqua buliendo et coquendo eam usque ad quartam partem . . . per diem et noctem in frigore quieuerit recipiatur et plus limphetur vinum in estate quam in hyeme. Item potus debet proporcionari alio . . . eligatur aqua currens super loco mundo lapidoso . . . .

## De Carnibus.

Carnes quibus untendum, sunt . . . mutonum, vitelline que sint ad minus duorum mensium . . . iuuenes bouine vnius anni uel vnius ad dimidium in montibus nutriti . . . edina et bene considerandum est a venerabilibus potentibus alme ciuitatis Lucernensis, [Bl. 128$^{r}$] ne huiusmodi animalia sint nutrita in loco infecto et putrido que aliquando cicius moriuntur et aliquando diucius infirmantur, quia huiusmodi animalia nutriuntur ex graminibus et herbis infectis et fructibus arborum et ex quo homines qui huiusmodi vesciuntur carnibus inficiuntur . . . . (Avicenna) . . . laudabiles pulli . . . perdices . . . porcine sunt vitande . . . auricule, rostrum et pedes possunt comedi . . . cum aceto uel gelatina . . . intestina omnium anim. dimittantur . . . grues et ciconie bone . . . valent asse quam elixe . . . vitantur . . . bouine grosse et salse, caprine, ceruine, aucarum, anetarum, omnium auium in aquis degencium . . . Comedantur etiam brodia carnium laudabilium cum speciebus aromaticis . . .

## De piscibus.

Pisces omnes licet uitare debeant hoc tempore, tamen propter dies ieiunabiles et hominum Luczernensium voluptates oportet

Digitized by Google

eorum regimen ponere. Sumantur . . . squamosi . . . per loca petrosa . . . uel pisces [Bl. 128v] de laucu[!] Luczernensi qui satis dilectabilis est . . . buliantur cum vino, aqua et aceto . . . si assentur comedantur . . . cum aceto et speciebus . . . vitentur . . . non squamosi ut anguille, tente, capitones . . . nunquam carnes debant suffocari hoc est in lineo, panno uel manutergio circumvolui . . . . . .

## De aceto.

. . . doctores ipso vti suadent pestifero tempore . . . plerisque . . . vsus acetosorum . . . et stipticorum non convenit vt sunt calculosi . . . et strictum pectus habentes et frigid. stomachum . . . moderate sumere . . . et in aceto aliquid cynamomi, anisi et croci . . . melius erit.

## De oleribus.

Tempore hyemis convenit decoctio petrosilij . . . vsu enim Luczernensium est ut frequenter vti spinachia et blita et miscere boraginem et bonum est tempore hiemis sed temperate . . . aceto uel agresta . . . vitentur caules et [Bl. 129r] si coquantur, abiciantur et brodium capiatur.

## De pulmentarijs.

Pulmentaria possunt esse de milio, ordeo, riso, auenata sim. de lentibus prima aqua abiecta . . . Similiter vti brodio cicerum rubeorum cum radicibus fen⟨iculi⟩ uel petroselino . . . brodium pinguis galline . . .

## De allio et cepa.

. . . assueti . . . comedant sed moderate; inconsuetis . . . non consulo. Cepas autem sumere in parua quantitate in mane cum aceto non est inconueniens . . . Item porrum cum melle et sale . . . convenit quia pectus mundificat.

## De Caseo et lacte.

Lacticinia vitanda sunt quantum possibile . . . qui vti voluerit . . . sit recens, nouiter mulsum et leniter coctum. Serum . . . lactis uel caprini uel vaccini loco medicine sumi potest de mane, bene purgatum a caseo et butiro . . . tempore estiuo . . . est exstinctiuum colere, quam non permittit furere et precipue caprinum . . . in montibus sint nutriti . . . Gal. . . lib. de eu-chymia de caseo . . . [Bl. 129v] . . . Auicenna . . . comedatur tamen modicum in fine prandii . . . vetus . . . derelinquendus est penitus.



Digitized by Google

### De ouis comedendis.

Caliditas ouorum corrigitur cum in aquam bulientem proiiciuntur et taliter buliant, ut non dura fiant et tremant, tamen ad scissoria ponantur, qua propter oua tremencia nuncupantur. Vocantur eciam a calefaribus (?) oua perdita, quia in aquis aliqua eorum pars amittitur. Cum aceto uel agresta comedi debent et modico et aniso temp. hyemali . . . ova igitur taliter cocta pauce sunt substancie et magni nutrimenti. Oua autem dura . . . vitantur . . . sunt . . . magne substancie et pauci nutrimenti

### De fructibus.

Omnes fructus generaliter vitandi sunt tempore pestilencie . . . posset ante prandium . . . genus cerusorum [!] hiemalium uel pruna nondum matura . . . eciam . . . fructus stiptici inpauca quantitate ut . . . mala granata coctina, nespula, pira sicca, castanee, nuces . . . asse interiori cortice auulso . . . post prandium . . . loco autem fructuum dabo vnum singulare remedium contra omne venenum . . . xxx folia rute et duas [Bl. 130$^{r}$] ficus siccas et vnam nucem . . . ante prandium . . . preseruant sumentem ab intoxicacione . . .

### De berberibus et agresta.

Vinum berberis uel succus eius et agresta corrigunt carnes . . . . reprimunt coleram et . . . valent tempore magni estus . . . Cauendum est a replecione cibi et potus scil. usque ad saturitatem, ymo minorandi sunt cibi et potus . . . quilibet vno bono ferculo contentus . . . omni die beneficium ventris . . . cum suppositoriis . . . clysterijs . . . pillulis postea describendis . . . teneantur vie aperte vrinales . . . optime . . . vinum thuricense . . . maxime diureticum . . . vltimus actus mense non sit potacio sed sit buccella panis . . . ne vinum supernatat . . . non iteratur cibum nisi postquam primus digestus . . . [Bl. 130$^{v}$] . . .

### De flebothomia et farmacia

. . . . . flebothomia vniuersalis euacuacio . . . de duobus mensibus in duos mensens [!] . . . quinque uel sex vnciarum . . . emoroydarum uel narium fluxum . . . excusaretur ab ea . . . copiose menstruans . . . usus farmacie nisi necessitate cogente non est commendabilis . . . fidelis ac solertis medici consilium . . . quoniam plures sanguinem extrahunt et mortem uel alias egritudines . . . incurrunt palatiue.

### De sompno et vigilia.

Diurnus sompnus . . . malus . . . precipue inmediate post cibum . . . [Bl. 131$^{r}$] . . . post cenam . . . per tres horas . . . asuetus . . . palatiue aliquid de sompno de die in diem absti-

Digitized by Google

neatis . . . primo . . . ad latus dextrum . . . adventrem declinaret optimum . . . resupine . . . dormire pessimum . . .

De motu et quiete.

. . . cauendum a motu nimio . . . assueti uero non nisi mane . . . se excreant ne per immoderatum laborem . . . nimium de aere atrahet . . . laudabilior . . . quies quam motus . . . vitande sunt coree . . . motus inordinatissimus . . . cito hominem in perniciem deducit . . . venatores . . . steterunt in campis sine contagione existentes tamen in sano claro et non infecto aere vtantur [Bl. 131v] exercicio copioso et labore, quod plus laudatur quam quies.

De coytu et balnio.

A coytu abstinendum est nimio . . . nullus . . . vxorem ducat . . . Balneum aque dulcis vitandum . . . similiter balnea stubarum . . . tamen lavare pedes semel uel bis in septimana . . . .

De accidentibus anime.

Ab omni ira, timore et sollicitudine precauendum . . . sed letare atque gaudere . . . cantilenis . . . aut in ludo scaccarum . . .

De aliquabus medicinalibus que ad actum pertinent preuisiuum.

. . . nobilissimum medicamen . . . preseruatiuum sunt pilule . . . a Rasi $4^0$ Allmansoris . . . auctoritate Rufi et Pauli . . . . R. aloe partes ij mirre croci origentalis ana part. j . . . [Bl. 132r] tres uel ij de terno in ternum aut de quarto in 4 . . . . . qui sunt a 14 anno supra sumant dosim predictam . . . qui sunt a 14 anno infra usque ad 7 sumant dosim mediam . . . a septimo anno infra non debent sumere per os sed eorum pectora et stomachus et epar et nares et timpora debent inungi et hoc sufficit pro eis. Mulieres autem que magis sunt humide amplior quantitas dari potest. Sed similiter et viris humidis natura et sic est finis. Et sic finitum est regimen preuisiuum a pestilencia in honorem et laudem omnipotentis dei.

Auch dies Peststück eines Luzerner Stadarztes ist nicht ohne Interesse; originell immerhin ist es schon, daß er von der Darstellung der Pestkur absieht und sich auf das Prophylaktische beschränkt. Auf seinen Wohnort Luzern exemplifiziert er des öfteren; auch Zürich ist zweimal genannt, ohne daß man bestimmt annehmen müßte, daß es sich um ein Verschreiben handele; bestimmt aber scheint der Mann in Erfurt seine Studien gemacht zu haben (Zeile 95).

Digitized by Google

184. **Regimen preseruatiuum contra pestilenciam presentem per Magistrum Heidenricum.**

Ich füge einen Pestratschlag hier an, ohne ihn mit Bestimmtheit von vornherein der Schweiz zuweisen zu können. Das Stück steht in der gleichen Handschrift wie das vom Luzerner Stadtarzt HARTMANN, kurz vorher Bl. 111r—113v. Der Verfasser beruft sich auf die Lehre der Professoren von Montpellier im Eingang, was ja nicht unbedingt gegen einen Schweizer Verfasser spräche; denn viele aus der Eidgenossenschaft haben dort studiert. HEIDENRICUS (HEIDENREICH, HEINRICH) dürfte aber ein Deutscher gewesen sein. Das beweist nicht nur der Name, sondern das Oberdeutsche *die frůwenader* Zeile 64. Das mehrmals vorkommende „bossa" für Beule läßt sich aus dem Provençalischen erklären, aber auch aus Italienischem und Mittellatein.

Regimen preseruatiuum contra pestilenciam presentem secundum concordanciam doctorum medicine Montis Pessulani collectum et elaboratum per magistrum Heidenricum pro utilitate vniuersali, juxta quod est notandum, primo quod corpora que cito mutantur ab epidimia sunt corpora plena malis humoribus, ut plerumque sunt corpora calida et humida quorum superfluitas non consumitur ut oportet, sicut sunt viuentes in ocio et quiete ac vtentes superfluo potu, comestione, coitu et balneo, et omnia ista moderate conferunt in regimine preseruat⟨iv⟩o sanitatem. Quapropter in omnio loco epidimiali convenit sepius purgare corpus per medicinam infraschri⟨p⟩tam et ad minus bis in septimana, prout recepta tenent. Hic nota ℞ sandali, muscatelli, radicum raffani, radicis jrijs ana ʒ j, foliorum rute, fol. herbe perforate, fol. pullegii ana ʒ semis et con j, aloe epatice ʒ ij, boli armeniaci, mirre, croci ana ʒ j corall. rub., ossis de corde cerui ana con j, margaritarum perforatarum et non perforatarum, ligni aloes ana grana vij, fiat puluis subtilis, de quo sumendum est intercallatis diebus uel ad minus in septimana bis prout dictum ad quantitatem vnius parue castanie de mane jeiuno stomacho uel circiter idem circa ortum solis modicum an⟨te⟩ uel post cum modico vino calido. Et rapto medicamine constituantur persone congrue si fieri poterit prope ignem clarum et sic calefiant per anteriorem et [Bl. 111v] posteriorem partem corporis et successiue eadem hora lineantur labia oris et gingiue et foramina narium intus et extra acceto forti, et consequenter tota facies lauetur eodem aceto et aqua rosacea mixtim. Item super omnia in quolibet coquinamento seu ferculo ponatur quantitas modica aceti. Item maxime convenit eodem tempore sepe flebothomare, vomitum prouocare et hoc vniuersaliter in omni forti temporum mutacione et regionum aquarum

Digitized by Google

seu terrarum aliena transmutacione. Item homines illo tempore vti debent exercicio temperato non excessiuo, nam exercicium excessiuum propter apercionem pororum reddit corpus habile ad recipiendum aerem epidimialem . preterea eodem tempore cauendum est a nausiatiua replecione et vniuersaliter a cibarijs humidis et calidis . actum [!] cibaria sint subtilis substancie et facilis digestionis verbi gracia, sicut sint carnes pulline, vituline, eduline, capreoline, perdicine ac omnia ista et alia hiis [es steht eigentlich „habens" da] consimilia decoquantur cum modica aceti quantitate sicut superius est enarratum, quia secundum doctores medicine et philosophos naturales corpora calida et humida parata sunt ad epidimiam, frigida et sicca vero minime. Idcirco in omni mensa vniuersaliter vti debemus acceto, vino berberis, vino malorum granatorum uel agresta. [Bl. 112r] Actum super omnia ista valent acetum, in modica quantitate sumptum. Pulmenta debent esse lentes, cucurbita, brodium boraginis, cicerum uel pisorum, amidum factum cum lacte amigdalarum uel pulmentum de pomis acetosis, auenatum, ordeatum cum lacte amigdalarum uel cum lacte acetoso et principaliter ouium uel caprarum. Omnia alia genera olerum et fructuum, in quantum est possibile, euitentur, preterea est sciendum, quod eodem tempore cibus est deminuendus ac tamen corpus sepius reficiendum sed moderate. Super omnia est sciendum quod paciens febrem pestilencialem omni via qua potest reficiatur. Si uoluerit recipere cibum, vi debet refocilari et flebothomare secundum modum infra scriptum et hoc si paciens fuerit in morbi principio: Nam si tumorem paciatur seu dolorem sub dextro asello id est sub dextro brachio, tunc fiat statim flebothomia ad magnam quantitatem fere usque ad sincopim de epatica seu saluatella eiusdem brachii et sic fiat eodem modo de brachio sinistro et de splenatica. Si autem bossa apperiuntur in inguinibus, id est circa loca genitalia, si non dextra parte fiat flebothomia de pede dextro sub talo interiori de vena que uocatur [Bl. 112v] sophena vulgariter dicendo *die frûwen ader.* Si in sinistra parte fiat eodem modo sicut hic. Si autem bossa aparuerit circa aures uel in capite fiat flebothomia de cephalica seu mediana parte eiusdem. Si autem pustula nigra aparuerit in quacumque parte corporis, fiat flebothomia de mediana eiusdem partis fere usque ad sincopim et postea vtatur paciens syrupis et electuarijs alteratiuis et confortatiuis infrascriptis et sic euadere poterit regulariter epidimiam domino concedente. Syrupus talis est ℞ succi boraginis, succi buglosse, succi melisse depuratorum ana ℥ ij, succi pomorum acetosorum, succi acetose depurate ana gran. j, aque rosarum electarum [?], aceti albi ana gran. semis, panis zuccari albi lib. j, fiat syrupus usque ad gran. 5 et detur cum decoccione florum nenufari circa ℥ j. Electuarium confortatiuum spirituum regnancium et sangwinis mundificancium conpetenti febre epidimiali est tale: ℞ conserue rosarum rubea-

Digitized by Google

rum, si haberi poterit, si non tunc albe, conserue buglosse, conserue boraginis ana ℥ ij, nenufari ℥ semis, margaritarum perforatarum ℥ semis, jacintorum, saphirorum, smaragdorum, doronici romani ana ℈ semis; omnium sandalorum, coralli rubei [Bl. 113r], spodij, seminis acetose, seminis citri ℈ j, ossis de corde cerui infusi in aqua rosarum electa grana xv, boli armunaci ℥ ij pannorum auri et argenti ana numero ℟ij, panis sucari albi lib. semis, puluerisentur subtiliter in vase marmoreo, miscantur omnia et fiat conditum delicatum sine igne et spargatur cum modica aqua rosarum electe et potest fieri quarta uel quinta pars istius recepti secundum libitum recipientis. Item sciendum quod omni septimana sumenda est ℥ semis tyriace electe, quando non sumitur puluis uel electuarium cum hausto boni vini calidi ieiuno stomacho et post hoc debet jeiunare homo ad VI horas complete, antequam comedat ante purgacione vniuersali precedente cum puluere supra dicto duabus uel tribus vicibus et sic tyriaca optima erit medicina preseruatiua, sed corpora disposita ad ethicam sibi caueant ab vsu medicinarum laxatiuarum et tyriace, secundum vtantur electuario et syrupo supradicto. Preterea notandum quod multus potus aque frigide in magna febre epidimiali caliditate pestilenciali vna vice sumpto extinguit caliditatem epidimialem et febrilem, si autem sit paucus et succesiue bibatur, addit in febre caliditatem, insuper scientes quod febrem pacientes epidimialem non sunt magne caliditatis ad extra, sed maxime estus et ardoris ad intra. Item debet vitari omnia calida et acuta tempore epidimiali sicut porrum, allium et sic de alijs [Bl. 113v] nisi modica quantitas sumatur ut allio cum aceto temperato et sic erit medicina sumenda interpollatis diebus et singular⟨e⟩ stomacho jeiuno. Preterea tempore epidimie reficitur in camera seu loco dormicionis et cum igne claro et cum suffumigio nigro mirre uel budellij, masticis, gariofilis uel aliquo istorum ac esset similem virtutem habencium sicut ligni aloes, sandali, tamarisci, juniperi, sauine et sic de alijs rebus que virtutem habent aromaticam et infrigidatiuam sicut sunt rose, sandali, nenuferi, salices et sic de rebus multis alijs similem habentibus virtutem. Preterea in domo habitacionis debet fieri fenestra et janue aperte in aspectu orientis post ortum solis, quia venti orientales sunt saniores et minus epidimiales. Item tempore epidimiali siue mortalitatis nullus homo debet sustinere sitim uel tamem notabilem, sed ut superius dixi sepius in die debet reuocillari sed moderate, ne fiat replecio nasicitiua [?] que tunc temporis multum esset nocitiua nisi vomitus in continenti subsequeretur et super omnia remedium valet fugere locum epidimialem et singulariter infirmorum visitacionem, et hec est cura preseruatiua securior et perfectior omnibus supradictis.

Digitized by Google

## 188. Ein kurzes Regimen contra epidimiam secundum Avicennam et Rasim,

das sich in der gleichen Handschrift *Bl. 114r—115r* aufgezeichnet findet, sei hier noch mitgeteilt, obgleich es keinerlei sichere Spuren einer schweizer Herkunft zeigt. Gleiches gilt auch von der folgenden Nr. (189), mit der wir die Mitteilungen aus diesem Kodex kleinen Formats abbrechen. Zwei weitere Stücke, eines auf Montpellier sich berufend und eine kurze Fassung des berühmten Pariser Pesttraktats von 1348 werden im XVIII. Abschnitt mitgeteilt, der sich mit den Pestschriften aus Frankreich beschäftigt.

Regimen et dieta contra epidimiam secundum Auicennam quarto canonum fen prima tractatu quarto et secundum Rasim $4^0$ Almansoris et decimo eiusdem. [Bl. 114r]

Notandum quod parui juuenes colerici Cortini balneantes et corpora habentes grossa inmundi debiles et porosi magis sunt dispositi ad pestilenciam. Odorentur igitur odorifera et eo cipresso, junipero, sauina, lauro, gallia, asuro[!] et consimilibus et ex hijs fiat sufumigacio frequens et similiter ex tamarisco et citonijs. Et qui superhabundant sanguine sanguinem faciat flebothomari et qui superhabundant aliis malis humoribus vtantur euacuacione. Item aspergatur habitacio cum aceto et aqua, vitetur coitus, exercicium, omne balneum, non tolleretur sitis et comedatur moderatum. Vtendum est aceto et omnibus acetosis in cibo-vtendum est interdum tyriaca jeiuno stomacho. Item multum valet bibere bolum armenum cum aceto et aqua uel cum vino et aqua rosacea. Item valet medicamen factum aloe, croco et mirra subscriptum, de quo omni die uel saltem alteratis diebus sumatur de eo infra vnam secundum disposicionem nature recipientis. De isto medicamine dicit Rasis auctoritate antiquorum quod non est visus aliquis mori qui visus [statt „vsus"] fuerit de isto medicamine in principio mortalitatis. Item valet bibere acetum et aquam, abluere de mane faciem et os cum aceto et aqua. Item vitentur bluuia [statt „pluvia"] et nebule, radij solares, venti et precipue aliquem habentem mala epata. Non bibatur vinum forte et si bibatur vinum, tunc sit clarum et bene mixtum cum aqua. Vitentur fructus dulces et crudi, sed poma granata [Bl. 114v] uel acetosa valent. Item fenestre in domo aperte versus orientem et septentrionem. Vitent curam et sollicitudinem, vitent eciam omnia nutrimenta calida, sicut piperata. Dormiendum est in locis frigidis. Pisces sint squamosi de aquis mundis curentibus et sint assati super carbonibus et conditi aceto. Preterea singulis diebus bibenda est mel; et omnia dulcia, omnia eciam pingwia salsa et acuta sint vitanda. Custodiatur caput a frigore de nocte et a sole. Die non est dormiendum post cibum nec est dormiendum in locis calidis. Vitetur ira et tristicia et fiat conuersacio cum

Digitized by Google

dilectis. Sed actu febricitantis nutriendi sunt lacte acetoso et piris assatis et comedere sunt cogendi et bibant aquam mixtam aceto et commidant lentes coctas cum aceto.

Pillule.

℞ aloes epatice ʒ iiij, mirre electe ʒ iij, croci ʒ j conficiantur cum vino et fiant pillule.

Notandum eciam quod apostemata rubea sunt minus mala cotrinis [!] et nigra sunt mortalia. Super apostema superponatur aqua tepida decoccionis camomillarum uel superponatur spongia predicta aqua uel superponatur eius [statt „eis"] semen lini decoctum in aqua. Item recipiatur atriplex, humulus siue luppulus, radix bismalue. Rp. gummi [Bl. 115r] pini siue terebinti et fiat emplastrum et eciam superponatur, valet eciam superponemus mel cum vino. Item valet eciam superponere bitumen piscium. Item valet superponere id quod adheret alucinibus [?] opii lupinas que sint mixta simul in aceto. Amen etc.

189. **Ein prophylaktisch-therapeutisches Stückchen** findet sich in der gleichen Pestsammlung in der eben besprochenen kleinen Handschrift Bl. 120v—121v; am Schlusse ist eine kurze Fassung des böhmischen „Missum imperatori" vom Jahr 1371 angefügt.

Item contra pestilenciam.

℞ aloe omni ʒ ij, mirre ʒ j, croci ℈ j, thuris ℈ j et semis, incorporentur cum succo ro⟨sarum?⟩ aqua decoccionis yreos et fiant pillule ad quantitatem aeris j [?].

Item contra apostema recipiatur in mane de bolo armenico ʒ j cum vino mixtum et de vespere recipiatur de semine lumbricorum ʒ j mixtum cum vino.

Item fiat tale electuarium ℞ ficuum pinguium numero xx incidentur de exteriori pelle et pistentur optime, conserue rosarum ℥ j, pulueris terre sigillate, rute ana ʒ j, camphore ʒ semis fiat electuarium per talem modum: dissoluantur ficus cum aqua rosarum, ut possint decoqui cum zuccara lib. j et cum fere coctum sit zuccarum cum ficubus addantur conserue et misceantur bene post pulueres cum folijs auri puri sex, fundatur in pixide; preseruat ab omni contagiositate et extrinsecus de putrisacione.

[Bl. 121r] Trocisci aerem in domo rectificantes.

℞ storacis rubei, storacis calamite ana ℥ semis, laudani j, misceantur cum aqua feniculi uel saluie, fiant trocisce ad modum ciceris. Item pillule contra pestilenciam, Rp. aloe citrini ʒ ij, mirre ʒ j, croci ℈ j, thuris ℈ j et semis, incorporentur cum succo

Digitized by Google

uel aqua decoctionis yreos et fiant pillule ad quantitatem ciceris etc. Ad faciendum odorem contra pestelenciam ℔ pulueris sandalorum ℥ ij, camphore ʒ semis et duas partes aque rosarum et terciam partem aceti misceantur.

Nota.

(34) Domine generose, ex relatibus multorum heu percepi epidimiam in Almanea regnare, vestra gracie ut sepius pronosticaui eam venturam. Nunc vestre magnificencie conscripsi breue et compillaui de melioribus dictis Galieni, Auicene, Ypocratis grecorum medicorum. Primo domine gloriose si aliquod apostema se erexerit sub assellis, hoc est infra brachia statim flebothomia. . . . Secundo domine pre omnibus recedatis a locis pestilencie. Tercio domine interim quod epidimia regnat bis uel ter [Bl. 121ᵛ] in septima. . . . Septima si sentitis corpus grauatum sitis iocundus, mitis, affabilis, sollaciosus et nunquam grauiter ymaginabimini et deo supliciter de nocte de uita meliori rogate.

Also das viel beregte „Missum imperatori", vgl. zuletzt Bd. XIV, S. 155—157, das wäre also Nr. 34.

## 190 u. 191. Ein deutsches und ein lateinisches Pest-Regimen aus Bern.

Im ***Cod. 556*** der Berner Stadtbibliothek, geschrieben in der 2. Hälfte des 15. Jahrhunderts, steht auf Blatt 158ᵛ—159ᵛ folgender kleine deutsche Pestratschlag, der bei den Schweizer Pesttraktaten mitverzeichnet sei, wenn auch nichts direkt für Schweizer Herkunft spricht und die Erwähnung des Pulvers von Eßlingen nach Württemberg weist.

Incipit regimen pestilenciale.

¶ Hute dich vor dem loffte morgens vnd nachtes vor dem nebel vnd iß morgens vnd nachtes weckholteren bern vnd suße holcz vß eßige. Item gang nit nüchtern in die kirchen noch zu den luden dü habest vor etwas gessen des puluers vß der apteken aff eynem gebaden brode oder sus etwas vnd alles mit eßig was du ißist vnd wan dü nit me eßen wollest, so iß welscher nüße bern mit eßig. Item hute dich vor allem bade vnd sunderlich vor wasserbaden, vnd wan dü baden wollest, so bade do heyme mit sindeln[1]) vnd tugsteyn[2]) vnd guß an mit waßer, das da jnne gesotten sey Rute vnd weckolterbere vnd gang nach dem bade nit an keynen kalten lofft in drin stunden oder me vnd iß do nach des puluers von Esselingen oder anders, das dich kule. Item hute dich vor aller gemeynsamkeit der

[1]) sintersteine. [2]) tuffstein.

Digitized by Google

lude, es sy in kirchen, in winhusern, zu denczen vnd anderßwo, do vil lute sin vnd hute dich vor der mynne, vor großbarheit vnd was hiczig machet. Vnd wan du zü den luden wilt gan, so iß rüte vnd weckoltern bern vnd müscoten glichvil, stoß vndereynander, dü in eyn duchel vnd hobe vor die nasen. Item die pillelin vß der apteken der soltü nemen des nachtes zwe oder drie vnd morgens iße des puluers eyn wenig aff eynen gebaden brode. Item ob dich der gebresten an stoßet, so hute dich vor slāffen. Dryakels [Bl. 159r] vnd halp als vil hundes zwecke vnd als vil der roden erden, die do haiß bolus armenus, das mische mit eßige vnd ribe dich vnd deck dich warm, ab du eyn halpstunde swyczest. Item laß also: Si es dir an dem halse so laß an dem selben arme, an dem haupt oder zü der rechten adern oder an dem andern arme, zu dem milcz oder zü der lebern. Ist es dir vnder dem arme, so laß off den fußen zü beden kleyn zehen. Ist es dir an den beyn, so laß zü stunt eyn wenig an den fußen an der frawen adern eyn michelteil. Item nücze ie vber funff dage eyn wenig driakels vnd faste funff stunden do nach. Magest aber driakels nit eßen, So necze den münt vnd die naßelocher mit alle morgen oder ye wan dü zü den luden wollest gan. Item so dü gelaßen hast, so secze aff die bule eyn vintuse vnd schreffe sie wol vnd lege dann das plaster dar vber, so dü warmest erliden mast vnd laß dar vber ligen funff stunden vnd mach aber eyn nüwes dar vber vnd halt dich sus an allen dingen also an eyner heissen sucht vnd hutte dich vor win würczen vnd vor allen dingen das hicziget x dage vnd drinck apfeldranck vnd gersten waßer vnd waß du ißest da dün eßig zü. Item So mach das plaster: Nym salcz, wermüt, wirauch clyen glich vnd sude das plaster. ¶ Hastu blatern, so lege [Bl. 159v] rindermyst gesotten mit waß oder eßige dar vber. Wolstu aber die blatern oder die bulen nit vintusen, so lege dar aff menschen myst vndholder rinden mit eßige gesotten oder lebendig frusche oder dode kroden mit eßig gesoten. Item man sol keyn zwebeln oder knoblauch nit eßen, dan mit eßige vnd sol sich nit hungrig laßen werden noch dorstig, man sy gesunt oder siech.

Es schließt sich mit kurzem Abstand, gleichfalls recht sauber geschrieben ein etwas längerer lateinischer Pesttext an, der gleichfalls hier stehen mag.

Homo naturaliter animal ciuile et pollitycum teste philosopho primo ethycorum quod per naturam nobis insunt nos ad oppam assuesci non poscimus per Aris⟨totilem⟩ 2. ethycorum. Influencia tamen super celesticum nos regens primo metheorum preter variari. Cum igitur epidemia hoc diecius temporibus proch dolor huiusmodi influencia polliciam talem nititur alterare animoque eam desolare et amiciciam stabilitam disligare, sine qua nemo vitam potest adaptare capitulo [?] 29

Digitized by Google

ethycorum: aduertens ista non ideo imitate naturalibus prohibite quam sapiens dominabitur astris. Ne in eis tamen specialissimus periculum poterit imminere et ut non eorum pollicia dissoluatur secundum fraterna amicicia confirmetur quedam doctorum expertissima et multa medicorum secretissima inter ceteros mei amicorum meo amico Brünoni in Franckfforto preelectissimo propono compendiose compilare et ab huiusmodi pestilencia valeat preseruari.

Causas pestilencie pre omnibus volo enarrare, vnde secundum Constantinum in secunda pantegni et Auicennam in quarto [Bl. 160r] pestilencia generatur ex aeris corrupcione qui diuersemodi potest corrumpere. Aliquando corrumpitur a radice inferiore, tamen sit alteratiua [?] et racio remote . a lecto vestro et camera debet esse huiusmodi locus nec postquam egestim ibitis non capiatis longam moram, quia aeris et ibi putrefactus et immundus et ille insperatus inviceret homines in corpore et putrefaceret et sic ad febrem produceret . aliquando eciam sic fit pestilencie ab alia re particulare corrumpente aerem in sui substancia et quantitates, ista est particularis, potest cottidie evenire. Quandoque venit a re inferiori multum magna et tunc est vniversalis vni provincie uel ville, sicut accidit ex cadaueribus mortuorum in bello interfectorum, putrefactorum uel ex corruptione stagnorum uel aquarum et consimilium . in illa eciam possunt frequenter accidere, sicut vide in Sardinia et in alijs locis corruptis. Aliquando venit pestilencia tanquam accio primitiva a re superiore solum quantum ad nostram aparicionem, quibus nobis non oportet aliquam serualem [?] aeris mutacio a radice superiori solum, quia fit ex aspectu orbis planetarum facientis ebulicionem combustionem putrefactam sanguis et colera putissime, ideo existentes in primis etatibus magis moriuntur, tamen est in maiori conuenienti particularium igitur 934 pothietatem secundo amphorismorum canone in morbis mynus perticlitatur egrotantes etc. ¶ Similiter vergentes in complexionem ad dominium illorum humorum; ab istis fumus venenosus horribilis pestiferus eleuatur ad cor per arterias et venas et alios anios meatus propter quam [Bl. 160v] effumacionem tales morbi sunt magis contagiosi [eig. contigiosi] seminis putredinalibus et quia cor sui nobilitate non potest tollerare talem horribilem effumacionem et non bene possimus sine magna sollerca et difficultate tali morbo succurrere propter ipsius cordis inpossibilitate . in preseruacione autem bene et faciliter possimus succurrere et in ista pestylencia cicius aliquando leduntur existentes in bono aere quam qui in malo, quia uidemus quandoque incarceratos nichil pati et habitantes iuxta stagna et habitantes in montibus moriebatur et in ista pestilencia quandoque homines moriuntur et alia animalia non, quandoque boues et equi uel pulli et alia auicilia non et sic in istis pre ceteris valet effugere locum bene longe tutum; aer

Digitized by Google

incipit indisponi etc. Quandoque venit pestilencia ab utraque radice, quod ab influenti celestes corrumpit aerem et vegitabilia manifeste et tunc humores et spiritus corrumpitur et sic fiunt quandoque febres sole quandoque apostemata antrosa et sequitur febris, quandoque econtrario et plurimum huiusmodi apostemata fiunt in emunctoriis membrorum principalium, quia materia venenosa magis invadit membra principali⟨a⟩ et ista tunc delegant suas superfluitates ad membra debilia. Sed diceret aliquis, quare moritur vnus et alius non, vel in ista villa uel in domo et alia non? Dico hoc esse ex parte agenti, nam influencia direccius respicit istum quam illum et istum locum quam illud, ideo summum remedium est effugere istum locum. Etiam est experte passiuum, vnus est magis dispositus alio et actus actorum sunt [Bl. 161r] in paciente disposicio secundo de anima et corpora magis disposita sunt corpora talia locorum pororum et corpora plectorica mala plectorica est et homines iracundi et vtentes nimis labore. Item quereres, quare est morbus contagiosus? dico quia a talibus corporibus effumant fumi venenosi corrumpentes aerem et humores. Et ideo est fugiendum ab istis infectis; ymmo tempore pestilencie non debet stare neque in ecclesia neque alibi in cummüla gencium, quia, potest esse, quod aliquis eorum est infectus ex quo alterius possetis infici; cum igitur sic fit primo de aere [statt „aeris"] disposicione studeamus.

Preseruari potestis ab aeris infecto [statt „infectione"] eligendo domum mundam. Camera sit mediocris altitudinis non inferior, quoniam talis nichil valet vobis; superior camera non decet habitari, melius enim possetis attingi ab influentia dicta. Tempore turbido nebuloso melius est stare infra domum quam extra, ymmo non est bonum per uillam sed in aliquo debetis ocupari infra domum, in qua sint pauci familiares. Item non debetis transire per terram post occasum solis nec surgere de lecto ante solis ortum, cum illis temporibus vapores male aere permixti magis sunt multiplicati. Et antequam surgetis de lecto fiat ignis in camera, qui multum inpedit inpensionem, et videmus quod magnos fricatus alia non attrahit partum et tamen homo put⟨r⟩ificat aerem et fiat ignis de lingnis fictis non fumantibus scilicet de vitibus, junipero, cypresso lante primo uel lignis amigdalis uel avellanis et similibus et specialiter de lignis aromaticis et flamma [Bl. 161v] consumpta et aere exsiccato recipe trociscos quarum recepta sequitur et ponantur tres uel quatuor super carbonibus dictorum lingnorum ignitorum, cum quibus aer camere aromaticetur. Rec. ligni aloes, ambre grosse mussisim ana ʒ semis j thuris, masticis, cossi, gariofoli, matteriarum [?] cynamomi, amigdalarum amararum ana solidum [?], filiarum lami, origani, calamenti, pulegii, ysopi, saluie, vtriusque sampnus, vtriusque sticados ana ʒ, nucis cypressi sampne radicis achori, radicis galie muscate, azari ana ʒ tunc ʒ ij, lapidani puti solidum [?] terebin. [?]

Digitized by Google

mellis ana solidum[?], fiant trocisci, quorum quilibet ponderis 3 ij, qui seruentur vsui cum quilibet aer uel cibi in die aromaticetur uel bis scil. de mana et ante cenam . aere sic aromatizato sternatur camera cum summitatibus populi, salicis, mirti et similibus et parietes camere liniantur cum aqua rosata et aceto, et portare debetis die ac nocte ad odorandum spongiam infusam aceto et aqua rosarum caput honorata[?] quam mirabilium preseruat a putrefaccione cordis et super fronte. Item quantum potestis camera sit obstructa, principaliter versus meridiem. Item postquam surrexitis debetis lauare manus et faciem cum aceto, sic quod sint tres partes aque et vna aceti, et bonum est semper odorare acetosi. Sed pomum ambre non debetis odorare quia sui caliditate ducit magis ad cor aerem corrumptum et iuuat ad humorum ebullicionem licet appothecanus et medici ignoti et fatui faciant. Item de mane, cum wltis exire domum, uel de nocte in introitu lecti capiatis duo coclearia de vno linptico [wohl statt vino lymphato] [Bl. 162r] cum aqua rosarum cum modico de bolo armenico subtilissime puluerizato, nam iste potus secundum Rasem et Auicennam et alios auctores medicine est summus et ei non simile, insumat[?] cor et humores et preseruat ebullicionem humorum combustorum, potissime sy in colericis addatur parum aceti; quoniam acetum est tiriaca colericorum. Item valet talis potus, quia exsiccat et exsiccat[!] superfluitates vicinas cordi et epati. Item tercio quoniam claudit et constringit vias et meatus cordis et aliorum membrorum principalium ne talis fumoscitas horribilis ab humoribus malis eleuata ipsum cor et alia membra principalia attingat. Eciam vos bene potest addere, ut discunt doctores excellentissimi, quod talis potus valet in principio catharisum se et in catharrem seu fluxu antiquo a capite ad pectus et stomachum et alias partes descendit et dicunt, sy illo remedio aliqui preseruantur, non est spes de remedio, sed in catarro non debet poni acetum etc.

Postquam ergo exibitis domum, motus sit debilis non tantus quod anchelicus [statt anhelitus] ex labore magnificetur quam sic aerem corruptum magis diceretur[! statt duceretur] ad cor et licet motus calorem naturalem excitet et superfluitates consumunt, cum est causa dingis[?] aeris pestilencialis ad cor et ideo nocet et locus spacij fit mundus, in quo non attingant radij solis et lune, ne pori nimis aperiantur per istorum calorem. Post motum lentum debetis cibari vnde omnis cibus vester seruatus cum aliqua acetositate sicut cum agresta uel succis citrangulj uel limonum et cibus vester sit subtilis bone digestionis. Ideo caue [statt „carnes"] bouine, porcine, anserine uel annetine et huiusmodi non valent sed valent [Bl. 162v] sed pulli, perdices, quistule et coturnices et consimilia et cibus debet esse[?] sine quantitate minori quam in alijs temporibus, nam tali tempore nullus debet pati nec famem nec sytim, ideo in diebus longis inter prandeum et cenam capiatis bolum panis uel drage-

Digitized by Google

nam uel modicum deputo [de piro?] et pomo et bibatis super hoc modicum bonum vinum linphatum. Pisces omnia debent vitari deptis cauetis fundiclis et perficis, oua non multum nisi cum aceto omnia acutant cepe, alia porrum, muscatum, ficus, vue, nuces, dactili debent vitari, quia addunt intam conbustionis et putrefaccionis humorum et ideo in pauca quantitate et rarissime debent sumi. Saluamenta [!] debent vestra debent viri [! vti?] in potagia cum aceto et succo cytri et accensa et speciebus conuenientibus dimitendo zinziper, piper consimilia calida. Item omnes fructus debent vitari nisi acetosy ut cerusa aterra [acerba?], mala granata uel modica de piro uel pomo rubia non ita cibi et inter cetera mundi que in cibo firmuntur [statt „sumuntur"?] sunt accetis lumonum cytri, aqua acol., aqua buglosse, aqua mellis et lac amigdalarum eciam multum valet in preparacione aliorum ciborum sed lac animalium et tafomus [caseus?] et interitur. Sed herbe sequentes possunt sumi et alie dimittentur: Maiorana, saluia, lactuca cum aceto, scabiosa et acetosa, de qua dicit Arnoldus quod raro vidit qui sumeret vinum [vnum!] bolum acetose de mane et alium in vesperis, quod potetur in pestilencia vinum rubeum bene valet. De sompno, vnde de die non debetis dormire sed tamen sij non potestis abscindere, fiat tarde post comestionem, remota zona et calciamentis et capite alto et frigore tunc debetis maxime precauere. De inanicione et replecione vnde aliquando corpus quod dolet preseruare fleubotomatore [?] et hoc in qua [?] luna in modica quantitate [Bl. 163r] usque ad 3 uel ad 4 vncias, ut fortis virtus in eo posset resistere pestilencie nocumento et fiat ante plenilunium uel post tribus uel quatuor diebus et in aurora clara et ante solis ortum, sy tempus fuerit calidum. Sy uero expectabit horam primarum et communiter fiat vobis de epatica uel splenitica, eciam bona esset mediana, aliquando tamen valet sophena. Racio dicti est, quia talis ebullicïo sanguinis et calore inveneris [?] non potest melius preseruari nec exstingwi, tamen fleubotomia debet fierj, quod vos sentitis vos grauatum. Bonum tamen esset fleubotomatum [?] mutare aerem malum et transijt ad bonum, nam primum consilium contra pestilenciam est fugere, alia enim racione carencia dicit Auicenna quarto canone fen p. t 4 c⟨ap.⟩ secundo, solo naturali industria fugiunt oua propria dimittendo ad alium aerem se transencia. Sed ante fleubotomiam comedatis bolum panis intinctum in agresta vel pulmento clear [?] de grauis maligranati etc.

Item sic idem potest intelligi de ventris solucione circa quod autores [?] Rasis laudant tiriacam uel metridatum cum aqua acetose uel aque buglosse aministratum uel cum syrupo acetoso. Sed tiriaca se sola nichil valet, licet cor comfortat, ibi venenum venire non permittit, tamen quia multum iuuat ad humorum ebullicionem amisceretur, sicut dixi, in septambis [?] ad quantitatem fabe. Etiam laudant hoc medicamen de aloen quod

Digitized by Google

℞ aloen citocti [!] quater abluti in aqua et aceto et senus ctro [! statt crocus] origentalis, quia ortense non est cordiale, zimirre ℥ ij, fiant pillule de quibus sumatis j in convenientibus [?] et in estate cum succo caulium uel syrupo acetoso. In hieme cum vino odorifero q. s. [con. semis?]. Iste pillule de sero uel in crastinum ducent semel uel bis vltra solitum . nam sicut ossa expinatur [?] a sordido in principio ebullicionis, sic ille pillule expellunt sordidum, quod [Bl. 163v] continue generatur circa membra principalia in tali aspectu orribili combustum et debent amministrari de nocte . mirabiliter Rasis ista recummedat [recommendat] et debent sumi de quarto in quartum, ita quod vna die capiantur pillule ille, post quorum operacionem sequenti die dabitur tiriacam. Omni autem die post assumpcionem istorum sumatur ℥ j pillularum sequentium Rec. boli armenici, camphore ana j, aceti uel alenci [?], aque rosarum ana con. [dragma?] semis [quantum satis?] fiant pilule, de quibus fiant septem in duobus ℥ 2 medietatem capiatis. Item lapis bezeraiatus [bezoar] secundum doctores valet contra omne venenum, in quo dicuntur esse medicine teriacales. Item vsus radicis tormentille, seminis citri et tiriace cum aqua acetosa inter omnia tenent principatum. Item non vtimini melle neque confeccionibus de melle, cum oppillat et sic ad febrem disponit. Item non vtimini coitu quia nimis peractus tale facit et iuuat etiam ad fortiter inspirando [statt inspirandum]. Item balnea omnino ex eodem euitari, de accidentibus anime vnde ira et nimium gaudium euitentur, nam cito [certo?] apparet eorum mala impressio etc. Quicunque voluerit se preseruare a pestilencia primo purget corpus per fleubotinam [!] uel per medicinam laxativam. Si corpus agrequatur [aggrauatur?] uel apostimetur in superioribus partibus, fiat fleubotomia in brachio de median⟨a⟩. Sy in visioribus [statt inferioribus] partibus fiat fleubotomia in pede de zaphena in eodem latere in quo dolet. Item sumat cibum et potum in parua quantitate et addat aliquibus cibarijs parum de aceto. Item abstineat at omnibus piscibus squamis carentibus et omnibus piscibus paludosis. Item abstineat ab omnibus crudis. Item in loco pestilentico de mane ante prandeum comedat bis uel ter nuces gallicas cum ruta in quantitate vnius nucis uel 2 ficus cum ruta et aliquando comedat gariofilos 5 uel septem uel [Bl. 164r] gallangam. Item in quacunque parte fuerit apostema conterantur nuces 3 gallice et ponatur super apostema. Item in loco pestilentico aliquando sumantur 7 uel 9 pilule pestilenciales, quia multum iuuat. Item nullus sumat in domum suam vestimenta uel lectisternia hominis pestilencialis. Item tiriace bono [!] ieiuno sthomacho ad quantitatem vnius fabe bis uel ter in septimana multum valet in actuali pestilencea. Item obstruccio anhelitus multum valet. Item diu ieiunare non petit. Item cibaria ficta cum aceto debet sumi. Sciendum quod melior cura uel remedium est fuga de patria



Digitized by Google

vbi regnat pestilencia. Item aer nocturnalis maxime nocet. Sciendum est quod efficax remedium sumpcio tute tetentis contra omne venenum mortale in quantitate mediocri de mane ieiuno stomacho etc. Summa preseruacio febris pestylencialis ut non fiat superhabundancia crapule quia ex hoc tympora fiunt plactorica id est plena malis humoribus et per consequens morbus sequitur. Item quilibet fugiet aerem infectum et corpora mortuorum et sepulcra mortuorum. Aer infectus per ista plus invicitur nam raro in vna domo vnus solus moritur, ymo impletis quam plures et quandoque omnes. Optimum consilium est in hoc morbo ut quilibet fugiat anhelitum alterius nec illum capiat ne per illum inviciatur. Item remedium ficum cum ruta et auellanis; sy auillane non inveniantur sumatur pro eis galicana nux excorticata cortice inferiori in aqua calida et eisdem cottidie vti ieiuno stomacho. Sy pustule nigre alicui creuerint in quocunque loco corpus fuerit, apperiatur cum forfice pelliculam deponendo, ut humor venenosus exitum habere possit, emplastrando emplastro apostolico, quod in apothecis habetur, sepe [Bl. 164$^{v}$] de die et nocte emplastrum deponendo, ut humor exiat et emplastrum econtra superponendo. Et contra illam pestilenciam non aliud remedium faciendum per me inveni quam modo iam tacto de dei gracia et in quocunque homine pustule ille appariuntur, verissimum signum mortis nisi in continenti sine aliqua mora subveniatur ey modo prehibite. Mirabilis experiencia per me inventa et in multis hominibus experta, que nunquam me fefellit in aliqua persona, detur infecta pestilencia sy sit ab intra uel ab extra, dummodo plures pustule uel vna sola de mane ieiuno stomacho approbatam tiriacam in quantitate vnius bone fabe id est magne dissolutam vino calido. Sy obtinuerit eam sine nausea et desuper sudauerit et in sudore permanserit, quousque sudor per se recessit signum euasionis est et dei gracia curabitur nisi se ipsum ingreuerit [?] bibendo uel male se dietando. Sy autem tiriacam euomuerit signum est mortis et moritur nisi deus velit eum seruare. Auicenna dicit, quod habentes corpora plectorica id est plena humoribus, malis et corpora debilitata per coitum nimium hec nisi debilia et refeccionem capiunt et aerem et potum quare plus invicitur quam alij et iterum corpora humida et raro potesa [?] multo saluacionis [?]. Sy in principio infirmitatis gyppus id est apostema sit in inglome [„inguine“] et inferius sub zona formatus, fiat minucio eadem parte de vena que sophena dicitur que est sub cauille meritorum pedis. Sy hu mores senciantur descendentes, fiat minucio de eadem vena in vena opposite partis. Sy autem gyppus fit sub ascellis fiat minucio de epatica.

Die Schrift, leider in nicht allzu guter Verfassung durch fehlende Sachkunde des Abschreibers überliefert, kann ebensogut nach Italien gehören, wofür der Hinweis auf Sardinien spräche, wie nach der

Digitized by Google

Schweiz. Der Freund Bruno zu Frankfurt (Main?) macht deutsche Herkunft recht wahrscheinlich (Zeile 14). Eine Besonderheit ist die Ablehnung der allgemein gebräuchlichen Ambra-Riechäpfel.

### 192. Die „Secreta Magistri Matthaei, physici Genevensis".

Im ***Cod. lat. 372*** der Münchener Staatsbibliothek findet man, auf Seite 10r—11r gegen Ende des 15. Jahrhunderts aufgezeichnet, „geheime" Pestbehandlungs-Notizen eines Genfer Physikus MATTHEUS („Gebenen" = Geneva, Genf), dem ich in LÉON GAUTIER, La Médecine à Genève, Genève 1906, nicht begegnet bin, der sich aber aus den Stadtrechnungsbüchern zu Genf wohl noch wird nachweisen lassen.

¶ Secreta Magistri Mathee phisici Gebenen.

De epidimia dico primo de medicinalibus [?] cuiuscunque etatis, homo sit in terra, vbi pestilencia fuerit per flebotomiam et quamlibet lunacionem [?] in modica quantitate ante uel post plenilunium secundum consilium experti medici, scientis discernere diem et horam et qualitatem paratarum [?]. Pueri enim non debent neque decrepiti nec pregnantes neque debiles, et fiat de basilica dextra uel sinistra uel epatica et aliquando mediana, quia talis ebulicio adustiua sanguinis et caloris in venis non possunt melius preseruari uel exstingwi quam per flebotomiam. Sed quando [?] flebotomiam comedatur bolus panis intinctus in agresta uel in suco malagranatarum uel de ipsis pomis prius edatur et in flebotomia habeat in ore galangam et alia confortancia. Item sumatur semel uel bis in ebdomada de teriaca probata ad quantitatem parue fabe cum vino albo uel aqua acetose uel aqua scabiose, que plus placent uel de puluere famato Rasis et Auicenne de quarto in quartum, qui est de aloe cicotrino, croco et mirra in ortu solis unum coclear paruum cum vino limphato et ducet in crastinum vltra solitum semel uel bis, qui sic fit: ℞ aloe cicotrine electe ʒ iiij, mirre ʒ iij, crocis ʒ j, enule campane ʒ semis, fiat puluis, et quamuis sit amarus et ebulicionem faciat in stomaco, tamen illa cessant statim et depurat membra principalia, et si propter amaritudinem accipi non potest, fiant ex eo pilule parue cicerales uel minores cum syrupo acetose uel ribes, et accipiantur omni ebdomada v uel vj de vespere in nebulis madefactis in vino. Iste puluis magis sumitur ad preseruandum quam ad laxandum, et pilule similiter, tamen valent ad vtrumque. Pregnantes tamen et dyarici non accipiant.

Quidam vero ponunt sic: ℞ boli ar⟨menici⟩ ʒ iij, mirre, masticis, terre sigillate ana ʒ j, croci orientalis ʒ semis, aloe cicotrini ʒ v, fiat pulvis vlt⟨imus?⟩.

Aliqui sic ordinantur pro magno secreto: ℞ coralli rubei, rasure eboris, ossis de corde cerui ana ʒ j, sandali, muscatelle,



Digitized by Google

camomille, folie rute sicce, boli ar., mirre. Item boli ar., radix formentille et tiriaca bona, optimum principatum in pestilencia contra venenum. Item multum valet introitu lecti uel in ortu solis capere j vel ij coclearia de vino albo limphatico cum aqua rosarum uel acetose, in qua ponitur parum de puluere boli ar⟨menici⟩. Iste enim puluis vltimatus est in prima causa propter plura, primo quia infrigidat aliqualiter cor et humorem et conbustionem, secundo quia aliqualiter exsiccat et consumit omnes superfluitates vicinas cordi et epati, tercio et forcius quia claudit et constringit vias et meatus cordis et aliorum membrorum principalium, ne talis ebulicio uel fumositas horibilis eleuetur ab humoribus secundum plus uel minus et tangat cor et alia membra principalia. Valet eciam [Bl. 10$^{v}$] ne humiditas uaporosa horribilis, continue decisa a corporibus humanis, cum anhelitu intret cor. Nam corpora nostra continue essungnant velud corpora yrcorum, maxime stante tali aspectu, combustio humorum in tali morbo pestilenciali et venenoso. propter illam causam laudatur potus ille ab antiquis magistris pre ceteris rebus.

Si autem ille morbus pestilencialis, si est fe⟨bris⟩sola et venter non sit laxus, prouocetur cum supositoriis uel clisteri uel cum cassia fistula, deinde fiat flebotomia de basilica sed in parua quantitate, quia in talibus est virtus debilis et materia multa mala. ¶ Dieta teneatur ut in febre acuta, quantum ad cibum et potum, trahens ad frigiditatem et humiditatem et acetositatem, et detur semper cum aliquo confortatiuo propter deperdicionem spirituum, aliter perderent appetitum. Nam nulli viriliter sic se habent, in comedendo euadant ut dicit Auicenna libro quarto. Ideoque nullus debet sustinere sitim uel famem et in potu semper debet admisceri aliquot acetosum sicut vinum malagranatorum uel aqua acetose. Caueatur omnino a forti medicina, quia talis propter viuum [?] fluxum ventris aliquando desicat vsque ad mortem. Sed possunt administrari cassia fistula, thamarindi parua, viole, rebarbarum cum clisteri. Si autem sit febris cum apostemate statim et subito quacunque hora fiat flebotomia de vena magis propinqua, quia materia non est diuertenda. Si vero dolor et apostema fuerit prope uel retro aures, fiat flebotomia de cefalica eiusdem brachij uel manus; nam venenosa materia magis inuadit cerebrum. Si autem fuerit sub asellis fiat de basilica eiusdem lateris uel de saluatilla, quia tunc materia invadit cor. Si est in ingwine uel retro uel prope anum fuerit, fiat flebotomia de vena eiusdem pedis in parte domestica, quia tunc materia magis invadit epar, uel potest eciam fyeri de parte siluetri. Item super locum apostematum non ponatur tiriaca, quia ipsa propellit venenum ante se et faceret venenum profundari, sicut declarat Arnoldus de Villa noua in caseo recenti intoxicato. Semper medicus habeat mentem ad conferendum et istud pro aliquo non omittat, sed

Digitized by Google

epitimetur cor cum aqua acetose uel aqua rosarum uel scabiose uel mellisse, sand⟨ali⟩ ros. et modico aceti et omni die administretur tyriaca cum aqua acetose de mane, eciam si assit febris, quia quamuis tiriaca sit calida, tamen non multum calefacit propter conmixtionem aque acetose et ipsa operatur accio[?] proprietate contra venenum . prius detur istud electuarium: ℞ cassia, dyatraganti fri ana ʒj et semis, conserue rosarum ℥ semis, conserue boraginis et buglosse ana ʒ ij, conserue corticis citri conditi ʒ iij, se⟨minis⟩ acetose, sandali al. et rubei, rasure eboris ana ℈ j, margaritarum, saphirorum ana ℈ semis, pannorum auri numero vij, zuccari albi q. s. fiat electuarium seu conditum cum aqua rosarum electarum; de hoc potest pars frequenter accipere in die cum aqua simplici uel [Bl. 11r] phisana uel acetose, sed pauperes accipiant zuccaram cum aqua frigida et cum modica aque rosarum. Apostemata talia nunquam debent repercuti et ideo nunquam ponatur super locum acetum nec plantago, sed aponantur attractiua ut est sanguisuga uel limacia viua uel culus galli viui super quod sinapizetur[?] sal tritum et teneatur gallus super apostema, donec moriatur, et tandem apponatur alius gallus uel scarifficatur super apostema in duobus uel tribus partibus. Sed apparet eminencia maior scarifficata superponaturque culus galli depillatus, ut attrahat fumos venenosos et materiam venenosam ad locum a corde et cum hoc confortat membrum, vnde nulla violencia in corpore est facienda, quia afflicto non est addenda afflicio. Ideo illud emplastrum superponatur ℞ ficuum siccarum piguium quatuor numero, vuarum passarum mundarum ab arillis ℥ semis, sal nitri ʒ iij, fermenti acris ʒ iij, olei camomille q. s. ad incorporandum; totum simul pistetur et modice calidum superponatur, vel sic ℞ fermentum et malaxa fortiter cum suco scabiose, si autem esset ignis persicus, in quo non apparet tumor magnús sed nigredo et conbustio et cito dilueretur, fiat tale emplastrum: ℞ malorum granatorum accetosorum, quamuis frangantur et cum aceto coquantur, inde bene terantur et totum contendatur super pannum et desuper applicetur a principio vsque ad finem apostematis et postquam apostema ruptum fuerit, ad manum cyrurgi curetur.

Trociscum contra pestem probatissimum ℞ bolum ar⟨menum⟩, terre sigillate, genciane, baccarum lauri, tormentille, enule campane, diptami ana ʒ ij, aristologie ro⟨tunde⟩, absintij, mirre, rute, costi, cimarum ru⟨bi⟩, castorei[?], juniperis ana ʒ ij, puluerizentur et incorporentur cum tiriaca optima et fiat trociscus ponderis ʒ ij et cum necesse fuerit et hoc in principio ita vti ℞ j trociscum et pone ad potum et tere uel ministratur, post hoc bibat et ponat se ad lectum cooperiendo se bene et tunc valde sudescet et curatur ponendo eciam sibi ad pedem ferreum flastonem cum aqua calida.

Digitized by Google

# Kleinere Mitteilungen.

## Über Träume.

Von

M. Wellmann (Potsdam).

Ein bisher wenig beachtetes, aber wichtiges Kapitel des von H. Diels in seinen Doxographi graeci rekonstruierten Werkes des Aetios (um 100 n. Chr.) handelt von den Träumen (V 2, S. 416, 10 D., vgl. 640, c. 106. Joh. Lyd. de mens. S. 162 Wünsch). Es lautet mit meinen Verbesserungen: *πῶς ὄνειροι γίνονται. Δημόκριτος τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις. Στράτων ἀλόγῳ φύσει τῆς διανοίας ἐν τοῖς ὕπνοις αἰσθητικωτέρας μέν πως γινομένης, παρ' αὐτὸ δὲ τοῦτο τῷ γνωστικῷ ⟨μὴ⟩*[1]*κινουμένης. Ἡρόφιλος τῶν ὀνείρων τοὺς μὲν θεσπέμπτους κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τοὺς δὲ φυσικοὺς ἀνειδωλοποιουμένης ψυχῆς τὸ συμφέρον αὐτῇ καὶ τὸ πάντως ἐσόμενον, τοὺς δὲ συγκριματικοὺς*[2] *ἐκ τοῦ αὐτομάτου κατ' εἰδώλων πρόσπτωσιν, ὅταν ἃ βουλόμεθα βλέπωμεν, ὡς ἐπὶ τῶν τὰς ἐρωμένας ὁρώντων ἐν ὕπνῳ γίνεται.*

Es ist ein Zufall, daß in diesem Kapitel zwei bedeutende Männer über dasselbe Thema zu Worte kommen, die nicht nur Zeitgenossen waren, sondern auch eine Zeitlang in derselben Stadt, in Alexandreia, zusammen gewirkt haben: der eine als Erzieher des zweiten Ptolemaios Philadelphos, der andere als Professor der Anatomie am Museion. Es ist wohl kaum zu bezweifeln, daß beide, der große Physiker Straton aus Lampsakos und der berühmte Anatom Herophilos aus Chalkedon, einander gekannt haben.

Schon ein flüchtiger Blick auf den vorgelegten griechischen Text genügt, um den Gegensatz der beiden ingenia zu erkennen: der eine ein eminent wissenschaftlicher Denker, der das Problem in seinen Tiefen aufwühlt, indem er die Frage nach der Ursache, nach den wirkenden Kräften zu beantworten sucht, der andere ein Systematiker, als den wir ihn auch sonst nach seinen Bruchstücken kennen, der sich mit einer Distinktion begnügt und dabei zum Teil in den ausgetretenen Geleisen der Überlieferung wandelt. Der tiefere Grund dieser Verschiedenheit mag darin liegen, daß der Physiker eine eigene Schrift *περὶ ἐνυπνίων*[3] verfaßt hat, die ihm Anlaß gegeben hatte, tiefer über das Problem nachzudenken, während der Arzt nur gelegentlich, vermutlich in seinem *Διαιτητικόν*, wie der Verfasser der ps.-hippokratischen Schrift *Περὶ διαίτης* Bch. IV und andere ältere Ärzte[4] auf diese Frage zu sprechen kam.

etiam recencia cocta et comesta cum aceto uel agresta sunt multum iuuantia. Omnia lacticinia bonum est euitare, nisi quod interdum caseus in fine comestionis potest recipi, in parua tamen quantitate. Lac acetosum eciam competit, ut inferius dicetur. Omnes quasi fructus vitandi, quia sanguis inde generatus faciliter obedit putrefactioni, nisi sint fructus acetosi et stiptici, quia tales sunt satis convenientes tempore pestilentiali et maxime in estate, sicut mala granata, pomum citrinum, citrangulus, limones et hiis consimiles. In hyeme uero et autumpno pira, nespula, berberis, coctana et similia. Concedunt eciam antiqui nuces cum ficubus, eo quod remouent venenum. Debent tamen nuces assari, ut remoueatur cortex. Item rursum nociuum est hoc tempore mensam elongare cum diuersitate cibariorum nisi prius digesto primo. Circa potum considerandum, quod isto tempore tollerare sitim est nociuum, racio quia per potum vene replentur, quare venenum non invenit in eis penetrationem et forte in potu est sapor veneno repugnans, etiam quia venenum sepellitur in vacuitate eius quod repletur. Sit ergo potus vinum subtile odoriferum, tantum maturum, clarum et ab omni alieno et malo sapore alienum, iuxta sumencium conswetudines et vini fortitudinem, limfatum tamen minus in hyeme quam in estate. Sed si qui antiquorum prohibeant hoc, est quia aput eos non fuit tantum vinj usus sicut nunc, vel quia vina habebant fortiora, vel ideo quia in regimine curatiuo et actuali egritudine pestelenciali proveniente magis a caliditate quam putrefaccione loquebantur. Amplius aliqui de mane [Bl. 92$^{v}$] habent equitare uel iter agere mare nebuloso malo uel ad infirmos infectos vel per loca suspecta transire, bibant modicum vini odoriferi cum pauco panis assati. Et si sit parum aceti, bonum erit vel cum aliquo fructu conuenienti, ut pomis citri vel aliquo electuario cordiali ei appropriato, cuius descriptio in fine ponitur. Circa potum aque considerandum, quod aqua debet eligi bene munda et clara de fonte claro et mundo non suspecto, super lapides currente vel sit fluuialis bene currens, cuius fundus sit mundus non limosus nec cenosus, sed petrosus, que similis si habetur sed timetur de malicia aliqua, per decoctionum rectificitur. Amplius non habentes vinum vel ipsum bibere non consweti aquam mundam limpidam et coctam cum pauco aceti bibant vel ptisanam ordeaceam. Mesue dicit, acuta ut cepe, aleum et piperata non valent salsamenta et potagia debent esse ex aceto condita non tamen pipere et alijs acutis et lac animalium et caseus euitentur. De herbis comedat lactucam cum aceto, maioranam, scabiosam et acetosam, quia maxime sunt vtilitatis. De acetosa dico, quod raro vidi, qui vnum bolum de acetosa de mane et alium de vespere sumpsit, quod in pestelencia pateretur. Et dicit princeps Aboali, aceto in cibo et potu vti est a nocumento ipsius securacio et hoc in sanis et egris pacientibus et febrientibus a corruptione pro-

Digitized by Google

prie, preseruat enim sanos a pestelencia omni et egros, qui ab ea sunt captiui, ne procedat impressio vlterius, succus limonum, scabiose, buglosse, boraginis, melisse, agreste, succus vue acerbe, lac acetosum spissum, a quo extractum est butirum, eciam competit et pruna, poma maciana, granata acria, musa et sic de aliis acetosis omnibus.

De sompno bonum est perpendere, quantum natura sompno juuetur . de nocte conveniens igitur [conueniens] est dormire . sompnus meridianus euitetur nisi in conswetis. Replecio et inanicio superflue euitentur; ad secessum eatur ante comestionem, vt feces prius ab intestinis expellantur. Et venter, quantum est possibile, laxus teneatur cum juribus carnium, brodijs pisorum et cicerum et interdum collatura cassie fistule et manna, si fuerint constipati. Si nimis [?] fuerint repleti euacuentur. Actus venerei non sunt tempore pestelenciali exercendi nisi ab istis, quibus est, permissum, sicut in multum sanguineis, fiant tamen nisi raro. Item sint bone spei et fortis ymaginacionis, cum deo faciunt pacem, quia inde mortum minus timebunt. In gaudio uel leticia quanto plus possunt viuant et licet gaudium corpus aliquando debilitet, spiritus eciam confortat. Corpora habentes sicca a superfluitatibus munda, bono vtentur regimine; non indigent euacuacione sed solum preseruacione et debitum regimen in alijs rebus non naturalibus. Corpora vero humida, sicud mulierum, sunt istis temporibus cito euacuanda, vnde si apparet aliqua sanguinis mocio, minucione sine mora est insistendum et qui semel flebotomare consweti bis faciant, si virtus tollerare queat. Fiat autem hujusmodi minucio de epatica uel mediana iuxta hominum conswetudinem et consilia suorum medicorum. Presertim consulimus, quod vulgus ut agricolatores, sutores et alij, quj delicate non viuunt, quod flebotomiam non admittent de mediana sed purgentur secundum diuersitatem complexionum, cum non possit vna medicina omnibus convenire.

## Capitulum septimum de cura preseruatiua.

⟨M⟩edicinarum presentis epidimie in regimine preseruatiuo appropriatarum, que cadunt in genus ciborum et medicine simul sicud acetum, aleum et similia, que vero in genus medicinarum tantum sicud bo⟨lus⟩ ar⟨menus⟩, terra sigillata, agaricus, tyriaca et similia. Et primo dicendum est de aceto. Aceto in cibo et potu vti tempore epidemiali est nocumenti ipsius securacio. In omni igitur comestione aceto est vtendum, non solum via cibi sed eciam medicine, vtraque enim qualitate corruptioni hic resistit, et inde aliqui volunt, quod panis assi in aceto tincti vel in aqua et aceto uel in vino et aceto. Quoniam autem ipsum acetum stomacho affert nocumentum, corrigatur eius malicia cum cinamomo, cum aqua masticis, que ipsius repri-

Digitized by Google

munt maliciam, ipsum stomachum confortando. Sed quia eciam membris pectoralibus affert nocumentum, penidij albi uel zucharum rosarum vel aliquid hujusmodi lenitiuum post ipsum sumatur, et qui habent pectus debile, minus ipso vtantur. Si eciam in eo radices capparis condiantur, in via medicine specialiter erit juuatiuum, verum eciam acetum de malagranatis et aqua limonum et similia. Amplius considerandum quod vtentes grossis cibarijs et iuxta [Bl. 93r] malas aquas habitantes, fortes et robusti qui vinum parum bibunt, aleis uti possunt aliquando specialiter in hyeme, quia calefaciunt humores frigidos et incidunt, remouent eciam aquarum maliciam et membra intrinseca mundificiant et sunt tyriaca ad omne genus veneni. Caueant autem se ab eis, qui habent caput debile et eciam delicate viuentes, qui ut plurimum corporalia sustinent incommoda. Amplius lac acetosum competit, specialiter regimine curatiuo et estate, est enim frigide complexionis, de quo dicit Auicenna, quod cepa minutim incisa et per noctem in eo infusa et mane comesta lacte sorbito, maliciam remouet venenorum; et aleum secundum quosdam conpetit, quia est tyriaca rusticorum, sed non est verum, quia omnem egritudinem commouet, ad quam corpus est preparatum. Amplius acetosa comesta vel secundum omnem modum exhibita confert apostematibus pestelencie, que subito interficiunt et variolis et morbillis in regimine preseruatiuo et curatiuo. De remediis autem preseruatiuis, que solum in genus medicinarum ingrediuntur, que sunt simplicia et que composita. De simplicibus prima est bolus ar⟨menica⟩ siue lutum ar⟨menicum⟩, experimento enim habemus, quod confert mirabiliter epidimie et quidam sanati sunt a pestelencia magna propter conswetudinem bibendi cum vino subtili, et nunquam visus est aliquis eo vtens assidue, qui non liberaretur ab epidimia dei auxilio. Et si bibatur in actuali pestelencia, cum julep vel ptisana et aceto vel cum vino subtili et aqua rosa et mane exhibeatur, ut ipsum ad cor perducat, liberat et dosis est ʒj uel ʒ semis cum ℥ij vini. Amplius terra sigillata in aere pestelenciali magis prestat juuamentum,, habet enim proprietatem mirabilem letificandi et confortandi, ideo cunctis obviat venenis, siue ante siue post vaicam [?] sumatur, naturam enim confortat ad ipsum expellendum. Medicine vero laxatiue, quibus dicunt corpora purgari, non debent carere agarico. Est enim medicina familiaris, mundificans ab humoribus grossis membra interiora et eciam habet virtutem letificandi et confortandi cor. Et smaragdus valet contra omne venenum interius datum. De medicinis compositis ad hanc intentionem est speciale [?] tyriaca magna post x annos confecta, de qua in quindena uel omni mense semel ʒj uel circiter cum ʒij vini boni odoriferi, purgacione vniuersali prius facta, exhibeatur. Post eius, exhibitionem non recipiatur cibus usque ad horas ix, quia communiter in istis horis completur digestio in omnibus membris;

Digitized by Google

multum enim resistit putredini tempore epidimiali, in egris vero cum aqua buglosse. Idem eciam de metridato est dicendus wersus:

Hoc enim antidotum contra mortale venenum, [2625]
Nux, ficus, sal, ruta si mundo corpore sumpta. [2651]
Terra sigillata multum valet et tyriaca.
Sit venter laxus ac sanguis sepe minutus.
Spiramen hominum fugias, bona gaudia quaeras.

Eciam dyanthos valet timorosis, tristibus, furiosis, debilium spirituum cordiatis, sincopisantibus, conualescentibus et a fetore corruptionis preseruat. Et Auicenna approbat istas pillulas: ℞ aloe succotrini ʒ j, mirre, croci orientalis ana ʒ semis, conficiantur cum succo melisse, buglosse uel acetose et dixerunt antiqui, quod nunquam viderint aliquem vtentem hac medicina, qui non liberaretur et preseruaretur ab epidimia et nunquam fuit inventa medicina sibi compar nec tam laudabilis et experta. Et dosis eius sit ʒ j uel i j, cum vino recipiantur bis uel ter in septimana et dosis potest augeri uel minui secundum diuersitatem naturarum et complexionum hominum, quod sagacitati operancium relinquitur. Amplius de succo acetose et acetositatis citri uel malorum granatorum acetosorum plurimum conveniunt in fe⟨bre⟩ pestelenciali et presertim in estate venenosa, preterea summum studium exhibiatur in confortatione cordis, membrorum putrebilium, in quibus est minucio[1]) uirtutum spiritua⟨lium⟩ [?] cum cordialibus medicinis, que a tota specie veneno resistunt. Et odorent aliqua, in quibus est aromaticitas et confortacio. ¶ Preseruari igitur volentes odorent in estate frigida, ut ro⟨se⟩, sandal, nenufar, acetum, trocis⟨ci⟩ de camfora, cum quibus eciam cor epithimetur; in hyeme vero aromaticis calidis, ut lignum aloes, ambra, galia muscata[2]), pomum ambre artificialiter confectum et similia, vtantur electuarijs cordialibus et trocis⟨cis⟩. Descriptio trociscorum aerem rectificancium, si in ignem mittantur, post patent capitulo de rectificatione; descriptio trocis⟨corum⟩ de camphora, qui per os possunt sumi: ℞ foliorum rosarum rubearum ʒ semis, spodij ʒ ij semis, croci ʒ semis, liquir⟨icie⟩ ʒ semis, ligni aloes, cardamomi camphore, ana ʒ ij, zucchari albi, tereniabin ana ʒ iij, conficiantur cum muscillagine psillij et aqua rosarum. Alij troscis⟨ci⟩ per os sumendi ℞ cinamomi, gar⟨iofili⟩, spice nardi, ligni aloes, masticis, galie muscate, cardamomi aris et beris[3]), corticum citri ana pondus vnius aurei, musci grana x. Ex hijs omnibus cum vino bene redolente [Bl. 93ᵛ] aspersis formentur trocis⟨ci⟩. Istis receptis pro juuenibus et colericis aqua frigida

[1]) Es steht minuta oder minor⟨a⟩ta da.

[2]) Vgl. NICOLAUS und SIMON JANUENSIS.

[3]) SIMON JANUENSIS unterscheidet zwei Cardamomen-Species: maius, quod dicitur ara. heil et minus quod dicitur beilbane.

Digitized by Google

confortata cum sandalis al⟨bis⟩ et rub⟨eis⟩ et muscatellis cum aliquibus seminibus frigidis et collatis [?] in aquam calidam. Alij trocis⟨ci⟩ pro fe⟨bre⟩. ℞ citrullorum, cucurbitorum, endiuie, lactis portulace, rose, sandal⟨i⟩ al⟨bi⟩ ana, camphore pondus trium granorum ordei ʒ j semis, fiant trocis⟨ci⟩ cum succo malorum macianorum. Dosis ipsorum sit ʒ j cum vino malorum granatorum acetosorum ter uel quater in septimana vel plus uel minus, secundum quod videtur medico expedire. Descriptio pomi ambre pro rege et regina: ℞ De ambra sola pura et optima, ipsa enim habet proprietatem letificandi et confortandi simul, et ad hoc potentior propter fortitudinem sue aromaticitatis, et ideo confortatiua cuiuslibet spiritus et membrorum principalium et habeant nobiles et potentes vestes scarlaticas uel sericias et camisie eorum cum aromaticis conseruentur. Sed magister Alfuncius invenit electuarium amarum, ut patet in suo tractatu contra pestelenciam. Descriptio trociscorum Alfuncij contra aerem infectum per arteficium ut dicebatur supra: ℞ ro⟨sarum⟩ ru⟨bearum⟩, spice nardi, ligni aloes, costi marini, masticis, sandali rubei, bdellij, laudani, olibani, croci, corticis coloquintidis, storacis liquide ana ʒ j semis et musci grana xv et grana ordei vj, terantur, cribrentur et cum aqua rosarum optime conficiantur, ex quo fiant trocis⟨ci⟩ parui ʒ vnius uel plus et exsiccentur, ex quibus sufficit vnus ad suffumigandum pro vna vice. Habeantur carbones mundi in suffumigijs in loco habitacionis et ponatur vnus trocis⟨cus⟩ super carbones et odor iste delicatus odoretur, quia totum aerem mundificabit. Sed pauperes faciant, sic: capiant proprie vrine mensuram et imponant de synape contuso, castorei, maratri, granorum lauri, granatorum, juniperi, fo. saluie, se⟨minis⟩ aquilei, se⟨mininis⟩ sinapis, se⟨minis⟩ raphani maioris, hec omnia simul decocta et clarificata bene preparatum [?] sumantur de colatura omni nocte in principio dormicionis v cocliaria et de mane similiter. Diuites vero utantur isto electuario ℞ coriandri preparati contusi lib. j et decoque in aqua vrtice maioris usque ad resolucionem; post hoc totum distilla in modum aque rosacie. In hanc aquam mitte pulverem dyacastorei ℥ ij, metridati, mumie ana ℥ j, tyriace magne ℥ v, seminis aquilei ʒ semis, seminis sinapis ℥ vi, se⟨minis⟩ rute ℥ iij, granorum lauri, ficuum ana ℥ v, ex illis simul omnibus fiat electuarium liquidum et de mane sumatur de eo coclear dimidium et de nocte integrum cum calido vino semel in septimana uel bis. Illud enim preseruat et a corruptione defendit, ut quis sine periculo pestelenciali transibit. Et si invalescerit morbus, sumantur de eo omni mane et nocte modo predicto pillule pestelenciales ℞ aloe sucotrini boni ℥ j, agarici, masticis, mirre, yere pigre gal⟨ieni⟩, reubarbari, terre sigillate, boli ar⟨menici⟩ ana ℥ semis, genciane, tormentille ana ʒ iij, aristol⟨ochie⟩ lon⟨ge⟩, rute, rosarum ana ʒ ij, spice, gar⟨iofili⟩ ana ʒ semis, fiant pillule parue cum absinthio. Pillule Alfuncij

Digitized by Google

℞ tyriace optime, ossis de corde cerui et musci et ambre et fiant pillule quarum usus est de mane surgendo a lecto due uel tres, si fuerint parue quantitatis uel vnam si fuerint magna. Iste pillule prohibent, ne aer infectus perveniat ad cor. Et idem dicit, valent eciam ad hoc pillule pestelenciales Auicenne, quarum descripcionem sciuisti.

## Capitulum ⟨8.⟩ de vera cura pestelencie.

Quia in pestelencia oriri contingit vlcera et apostemata in emunctorijs periculosa propter corrupcionem substancie earum ad substanciam venenosam, que corrumpit membrum et adducit malam qualitatem ad cor, ideo succurratur eis, quando incipiunt appostemata statim absque omni dilacione. Dilacio enim in talibus per iiij horas festinat ad mortem subitaneam. Et quia est egritudo acuta valde, ideo medicari debet eadem die cum flebotomia et sudoris prouocacione et confortantibus cor et cum epitimatibus et aliis dandis [?], in quibus omnibus sit infrigidacio, vnde si fuerit fe⟨bris⟩ cum apostemate retro aures de purgacione cerebri est, fiat ergo sine mora flebotomia de cephalica eiusdem brachij. Si autem apostema est sub asellis, fiat statim flebotomia de basilica eiusdem brachij vel de saluatella vel mediana secundum pacientis consuetudinem, quia materia invadit cor. Si autem apostema fuerit in igwinibus, statim fiat flebotomia de saphena, quia materia invadit epar, et flebotomia sic facta ℞ saluie manum j, pulegij man. semis, coque in vino optimo et cola et ℞ tyriace antique, metridati, oppopire ana ʒ j, mistis et hoc totum da, tamen colaturam predictam valde calidam, sicud paciens tollerare potest. Et habeas tres lateres [Bl. 94r] calidas, vnum pone sibi ad pedes in lecto, alium retro in dorso et tercium ante ventrem et tondas sibi caput ad cussinum calidum et cooperias corpus suum bene cum pluma et vestimentis plurimis, donec incipiat sudare. Sic tocius morbi superfluitas per sudorem resoluetur. Nequaquam gustabit potum aliquem, ne sudorem impediat per potum. Sudoribus uero factis, paulatim infrigidetur et post horas sudoris infrigidatus minuat iterum, si fortis fuerit, si non, non. Post hoc teneat se calidum per tres vel ij dies, nec sit multum ambulans in aere, ne dampnum percipiat. Et custodiendus est paciens diligentissime per asistentes et eciam tenendus, quia pauci uel nemo per se solum, si non custodiatus fuerit, in sudoribus perseuerarit, et si potaret infirmus, infrigidaret membra interiora, ita quod humor ille superfluus epidimicus per sudores non resoluetur et tempore natura in expulsione fatigaretur. Et si sudor propter materie habundantiam primus non sufficeret, iterato da sibi medicinam predictam modo predicto. Et si in sudoribus in extasim positus fuerit propter sudores, potest vnicum coclear aque in os eius fundi, in qua zucharum ros⟨arum⟩

Digitized by Google

uel viol⟨arum⟩ vel candit fuerit dissolutum, et hoc bis uel ter et non magis. Sic infallibiliter quisque pestilenticus habens apostemata, si in sudoribus, in potu et minucione non negligitur, infallibiliter curatur, si vero non, non et nichil prodest. Et non sit tibi cura, vbicunque sint apostemata, sed detur medicina predicta modo dicto. Et sudoribus sic prouocatis, laxetur venter secundum virtutem, constanciam et pacientis complexionem, et hoc totum fiat vna die iuxta illud Yppocratis: „Medicare in valde acutis eadem die si necesse sit; differre enim in talibus malum." Istis factis omnibus, si apostema magis sit quam antea, bonum signum est, quia materia est tracta ab interiori ad extra, sicud est ventosa vel sanguisuga vel culus galli viui super quem aspergatur sal tritum et teneatur super apostema, donec moriatur (hoc signum est quod totum venenum apostematis ad se traxit) vel ligantur cancri viui desuper uel rana viridis, uel buffo, ut quidam dicunt. Et si apostema est sub brachijs, pone supra ratulum de raphano minori sale aspersum, vel super apostema pone tale emplastrum: ℞ ficuum siccarum numero x, vuarum passarum mundatarum manum j, salis triti ℥ ij, fermenti acris ℥ iij, olei camomille quantum sufficit ad incorporandum, fiat emplastrum et superponatur tepidum, et hoc est commune, sed proprium emplastrum est hoc: ℞ armoniaci ℥ semis, bdelii, serapini ana ℥ ij, pimenti, sinapis, stafisagrie ana ℥ semis, euforbij, castorej ana ʒ semis, gumme in vino dissoluantur et colentur et pulueres aliorum addentur et fiat emplastrum quod supra ponatur. Hoc emplastrum trahit materiam venenosam vi a centro corporis ad locum apostemosum, quod sepe probaui et est secretum meum. Et si d⟨ominus⟩ Ga⟨lienus⟩ dicit: Si valde calida applicata fuerint, reumata procurabunt et apostemata agmentabunt [!]. Et iterum istud emplastrum fe⟨brem⟩ auget et corpus plus inflam⟨m⟩at, quia vehementer calidum. Etiam subtile apostematis resoluit et aliud plus petrificat. Etiam si apostema esset in capite et si emplastrum supra poneretur, traheret totam materiam venenosam ad caput et sic patiens fieret freneticus, ergo emplastrum non valet. Ad Galienum respondetur quod dictum suum est verum, si statim a principio talia calida applicarentur, sed in fine non nocet, scilicet post flebotomiam, laxationem et sudorem. Ad alia respondetur, quod juuamenta eius sunt pociora nocumenti ipsius, quia ista calida resoluunt, aperiunt, attrahunt et consumunt materiam; hoc est maius iuuamentum quam calefacere vel subtile resoluere. Etiam remisse calida non cito trahunt, consumunt et resoluunt, et quia hoc faciunt intense calida et prohibent mortem, ideo valent. Et hoc intendit Galienus in terapeutice et in libro secundo de fe. ad Glauconem. Et super apostemata non ponantur repercussiva frigida vt lactis portul., se⟨men⟩ ro⟨sarum⟩, viol⟨arum⟩ et cetera iuxta sentenciam Auicenne prima primi capitulo secundo, quia repercuterint materiam



Digitized by Google

venenosam ad cor et ad alia membra interiora nobilia. Et si vides virtutem egri debilem, conforta eam cum isto: ℞ conserue boraginis, buglosse ana ℥ semis, zuchari rosarum, zuch⟨ari⟩ viol⟨arum⟩ ana ℥ j, manus Christi cum perlis, triasandalorum ana ℥ ij, electuarij de gemmis ℥ j, dyamargariton ℥ semis, fiat conditum cum aqua ro⟨sarum⟩ electa et aqua scabiose que [Bl. 94ᵛ] mirabiliter valet in isto morbo[1]). wersus:

Vrbanus[2]) de se nescit precium scabiose,
Nam purgat pectus, quod comprimit egra senectus,
Sanat pulmonem, preseruat laterum regionem
Frangit apostemata leni virtute probata,
Emplastrata foris antracem necat tribus horis.

Et da sibi bibere istam mixturam ℞ aque rose, viole, endiuie ana quartam semis, aquarum boraginis, buglosse, acetose ana ℥ j, succi pomorum acetosorum ana ℥ j, vini optimi ℥ iij misce et da, et cor ab extra epithimetur cum aqua scabiose, acetose, melisse, rosarum et sandalorum et modico aceti, ita quod panni linei madedentur [!] in istis aquis et ponantur ab extra super cor et inter cor et apostemata, ne materia venenosa vadat ad cor.

Nota, est vna medicina infallibilis contra pestelenciam licet preciosa, que sic componitur: ℞ succi nucum maiorum circa festum sancti Johannis Baptiste vel postea ad modicum tempus, cum sint in quantitate non multum magna, sed tamen virides et molles, ita quod nuces cum testa contundi possunt et succus ex ipsis exprimatur in libris x, succi saluie libr. v, succi rute lib. x, succi maratri et aquilei ana lib. viij, succi labri veneris lib. ix, succi prassij et artemesie ana lib. iij, succi scabiose lib. j, succi florum sambucci lib. iij et semis, succi absinthii, ysopi ana lib. iiij, succi ysopi, herbe albe ana lib. iiij, succi apij petrosilij ana lib. iij, mellis despumati lib. xv, vnde ℞ faui[3]) mellis purissimi sine cera et adde de bono vino ter tantum, postea leniter decoque et despuma interim quod aliqua immundicies supernatauerit et mel perspicuum rubeum spissum appareat sine omni immundicia, tunc ℞ granorum lauri lib. v, grana juniperi lib. iiij, ficuum lib. iij, castorei, maratri lib. iij et semis, se⟨minis⟩ aquilei ℥ iij, se. sinapis lib. ij, se. rute lib. semis, se. vrtice maioris lib. semis, se. an⟨isi⟩ lib. semis, seminis feniculi ℥ iij, se. plantaginis maioris medium fertorem [?]. Hec omnia simul

[1]) Am Rande in verblaßter Tinte „Inueni in Leonardo partibalie", gemeint sind die „Recollecte habite super quarto Avicenne des Paduaner Chirurgen LEONARDO BERTAPAGLIA, 1460. Die folgenden Verse sind 1116—1121 in der Collectio Bd. V mit beachtlichen Varianten.

[2]) Man hat dies früher unsinnigerweise in dem sog. salernitaner Merkvers auf den Papst URBANUS deuten wollen (1088—1099)!

[3]) Statt „flaui"?

Digitized by Google

minutissime contusa in vino optimo decoquatur usque ad suf-
715 ficientem decoctionem, post hoc illud spissum comprimatur et quod exit modo pulmenti reseruetur et remanens in panno contusum de nouo iterum in vino coquatur et per pannum conprimatur et tociens fiet quousque tota medulla et virtus farine per pannum transeat et silique aride in panno remaneant.
720 Post hoc succi predicti sumantur et dispumatum mel et simul in caldari cupreo magno infundantur carbonibus intusque[?] sine fumo leui decoctione buliantur sine dispumacione nisi in prima ebullicione primo immundicies deponetur cum dorso coclearis. Cum vero quasi totus succus in quarta parte consumptus fuerit,
725 tunc pulmentum ex predictis colatum immitte et iterum leui decoctione buliantur simul, quousque succus uel humidum aqueum in dimidiam partem exalet. Tunc hos immitte pulueres, ℞ tyriace magne lib. iiij, metridati lib. semis, mumie lib. j, coriandri preparati lib. j et semis, zinziberis ℥ iiij, croci
730 ℥ viij, galange ℥ v, zeduarye quartas ij. Hec omnia arida prius puluerisa et cribra, terre sigillate boli ar⟨meni⟩ ana ℥ ij, pul⟨ueris⟩ dyacastorij, pul. dyamargariton pul. dyagalange ana ℥ viij, stomatici confortatiui calidi ℥ iij, electuarij ducis, pul. dyambre ana ℥ v. Hec omnia minutissime fracta mittantur in
735 materiam bulienten et paulatiua decoctione moueatur, ne in fundo contineatur usque ad spissitudinem mellis. Tunc infunde vini ardentis libris iij et sine bulicione materia tota moueatur, quousque vice versa materia incipit inspissari, post hoc mitte materiam infrigidatam et perfecte decoctam in vase staneo vel
740 argenteo, quod melius est, ita quo nil vlterius poterit euaporari, que durat et durare potest, si bene reclusa et in hyeme a frigore custodiata fuerit, per centum annos et vltra, et quanto antiquior tanto melior. Est autem modus sumendi iste: Reponatur paciens ante apostemata vel cum apostemati-
745 bus in lecto optime coopertus, vbicunque sint apostemata, non curetur, et recipiantur de ista medicina dua parua coclearia et mittatur in bonum haustum vini optimi vel iij partibus cereuisie ad vnum haustum, quanto calidius poterit gustare, et cooperiatur optime caput et totum corpus. Tunc sudor prouo-
750 catur et sic per sudorem paciens infallibiliter curatur, respectis omnibus alijs prius dictis semper cum auxilio saluatoris Jesu christi domini nostri et[1]) virginis gloriose omnique sanctorum suorum.

## 194. Ein rein astrologischer kurzer liber de pestilencia.

Im Folio-Papier ***Codex 1143*** der Leipziger Universitätsbibliothek, der mit einem AVICENNA-Kommentar des TOMASO DI GARBO

[1]) Es steht „eius" da.



Digitized by Google

anhebt, dem sich Glossen zu den Hippokratischen Aphorismen, ein Commentum zu ALBERTS DES GROSSEN liber de generatione, ein von mir in dem 2. Teil der Beiträge zur Chirurgie im Mittelalter[1]) kurz charakterisierter scholastischer Tractatus der Chirurgie und synonyma AVICENNAE anschließen, steht an 6. Stelle ein Pesttraktat, der die ganze Ätiologie, Pathologie, Diagnostik, Prognostik und Therapie in ein astrologisches Exempel nach dem Mondstand in den 12 Zodiakalzeichen und den Aspekten der Planeten auflöst, wohl das Extremste an Iatromathematik, was man sich denken kann. Das Schriftstück nimmt Bl. 186$^{v}$—189$^{r}$ ein, ist wohl noch vor 1400 geschrieben und dürfte doch wohl in Italien entstanden sein. Von Pest ist darin kaum mit einem Worte die Rede.[2])

Sapientissimus Ypocras et omnium medicorum peritissimus ait: cuiusmodi medicus est, qui astronomiam ignorat, nemo quidem in manus eius seu illius se committere debet, quia imperfectus est non certus non inmerito talis medicus reputatur. Est equidem hic ut aliquis homo a nobiliori corporis sensu visus uel viduatus qui dum ire cogitur omnis baculo [?] stans et non potens se mouere audet qua enim parte qua castro[?] ire parat baculo huc et illuc distrorsum et sinistrorsum minuti solliciti, quia viam pretendunt et tamen post baculi examinationem insecutus nudisque passibus vix audet ire, semper est timens, ne alius se maxime ledat, porro sic medicus, ignorans astronomiam posse habet angnoni, ergo quod ad perfectionem scientie omnium infinita tamen et curationum earum medicine opus caret. Inveni hunc librum paruum, sed magne vtilitatis, qui valde necessarius est omnibus medicis, quoniam qui bene sciuerit, sanitatem et mortem uel vitam infirmantis secure poterit pronunciare. Iubet igitur Ypocras, vt omnis medicus inspiciat lunam, quia quando plena est lumine, item crescit sanguis in homine et in brutis et in animalibus in mari degentibus et in cunctis humanis rebus crescit in pleno. Cum igitur infirmus incumbit in lecto, opus est videre, si luna creat acombustione, quia item crescit infirmitas, quousque veniat ad oppositionis gradum. Et quando fuerit in oppositione, vide si sit cum malo planeta aut in malo loco aut aspicitur domus mortis, et per hoc poteris scire, si infirmus debeat mori uel non, uel si habuerit infirmitatem longam uel curtam.

Nunc videamus naturam signorum omnium iuxta presentia hinc cuiuscumque, cum infirmitas acciderit, cum luna fuerit in ariete cum marte uel cum sole, erit infirmitas in capite propter

[1]) Studienheft 11/12, S. 428—430.

[2]) Der Codex ist 1499 der Leipziger Universität aus Prof. jur. can. LEONHARD MESEBERGS Vermächtnis zugekommen.

Digitized by Google

nimiam caliditatem solis et dolet ei pulsus capitis, habet quoque febris calidus et non recedit ab eo caliditas, patitur quoque anxietatem et vix loquitur, in pectore nimium calorem et dolorem, et patitur dolorem in pulmone et habet vehementissimum pulsum. Necesse est ei minuere sanguinem de vena cordis et vti rebus frigidis in cibo et potu et minuentibus calorem. Et hec infirmitas devenerit in frenesi. Et si cum luna fuerit mars uel saturnus, morietur ex hac infirmitate infra 5 uel 7 dies, die quo fuerit luna cum sole per quartum aspectum uel secundum. Sed si luna addat suo lumini, si luna fuerit in ariete et infortuna aspexerit eam ex contradicto uel ex oppositione, si fuerit saturnus et infirmitas in capite et ista infirmitas ducit eum extra mentem et insanit et nunc crescit et nunc minuitur infirmitas et est similis illi, qui videre non potest. Qui vero astronomiam nescit, non poterit scire eius infirmitatem. et si luna in minucione sui luminis aut in minucione graduum, quando reuertitur ad primum aspectum saturni, hoc est quando eum dimiserit et per alium aspectum eum aspexerit, uertitur infirmitas in bono siue in malo, quod si aspexerit eum infortuna morietur, quod si non aspexerit, melioratur. Et quando luna dimiserit istos aspectus, de quibus diximus, quod debet terminare et invenerit jouem aut venerem per aspectum aliquem, antequam veniat ad combustionem, infirmitas stabit super eum, donec luna veniat in aspectum uel oppositionem solis. Et si istos non invenerit, invenerit mercurium, morietur, et si invenerit martem, meliorabitur. Et haec infirmitas est ex aliquo flecmate albo, quoniam infirmus sentit infirmitatem. Si luna fuerit addens sui lumini et gradibus, et fuerit sol et mars in ariete, erit infirmitas in capite et insanit et nascitur ei apostema in capite de flecmate albo et exit sanguis de naribus et oportet eum vti frigidis et est opus ei facere medicinam vnde apostema moriatur. Et fuerit luna cum mercurio in loco solis, euadet infirmus, sed prius habebit magnum periculum, et ideo quia mercurius concordat cum morte in vno negocio, sed mars non facit sic cum saturno et morietur. quando saturnus est in loco solis, si iupiter fuerit cum eo ibidem uel mercurius uel venus, habebit infirmitatem diuersam [Bl. 187r], et si aspexerit ipsum mars uel saturnus aliquo aspectu, opus est eius lenem medicinam et lenem dietam, quando sedeat, quandoque se voluat et pone eum sedere in aliquo loco, vbi possit per totum videre et balneo vtatur. Et fac eum dormire et plane et quod sedeat plane et da ei bibere aquam frigidam et comedere, quod vult, quia quando sic est aspectus, non est ei opus dare medicinam iuxta phisicam sed sicut velit.

Accidit [?] infirmitas et luna est in thauro et respicit eum mars ab opposito uel quadrato, illa infirmitas est ex sanguine et sentit caliditatem et siccitatem et dolorem de nocte et non potest dormire et habent voluntatem bibendi vinum et res fri-

Digitized by Google

gidas et est necessarium minuere sanguinem et dare ei medicinam, que reddat frigidum et humidum. Si fuerit in isto saturnus cum luna aut venerit ad eum et invenerit infortunatum mouere vsque ad 10 dies, quando primo capit eum infirmitas. Sed si tum erit luna ascendens in suo lumine et gradibus et aspexerit eam septimo uel secundo uel quarto et luna venerit ad saturnum et mercurius cum ea et infirmitas ex flomate albo et similis et debilis et disruptus et vix poterit loqui et erit ei stomachus indigens et non poterit digerere cibaria et ita habebit calorem et necesse ei medicina laxatiua. Et cum luna peruenerit ad oppositum locum, infirmabitur grauiter et morietur et nisi luna fuerit fortunata euadet vsque ad 22 dies. Quando aliquis infirmatur, cum luna fuerit in thauro et mars et sol cum ea erit, infirmitas in pectore et de nocte et lingua erit ei combusta pre nimio calore, quem patitur in ore et oculis et habebit fluxum ventris et multum sitit et est necessaria medicina constrictiua et sanguinis minucio et dieta sit ei frigida et caueat sibi a calidis. Et quando fuerit in trino aspectu solis, si minuatur infirmitas, euadet, si augmentatur, moritur. Et quando fuerit in opposicione soli cum joue uel cum venere non moritur, et si infortunata, moritur.

Si luna fuerit in geminis, cum quis ceperit infirmari et fuerit in quarto aspectu saturni uel in oppositione et sic infirmitas ex tristicia uel quia amisit de rebus s. effimere uel putride, et dolebit per totum corpus et patitur magnum calorem intrinsecus et in epate, si autem non fuerit luna fortunata morietur infra 30. Cum luna fuerit in geminis aucta numero et lumine et aspexerit eam mars uel ex quarto uel ex septimo, est infirmitas febrilis ex colera et pulsus velox, flebotometur et dieta eius sit frigida. Si luna fuerit impedita a saturno, et nulla fortunata stella cum ea, morietur. quando peruenerit luna ad oppositum locum, in quo erat, quando incepit infirmitas. Si autem fuerit luna in geminis erit infirmitas ex humiditate, si fuerit saturnus cum ea erit infirmitas in capite et non minuatur sed vtatur temperatis. Et cum venerit luna ad oppositum solis, si fuerit cum fortunis, euadet, si non, moritur. Infortunatum vero in geminis, si aspexerit eam fortuna, mutatur ad aliam infirmitatem, erit infirmitas occulta ad cognoscendum et difficilis, donec luna veniat in quartum aspectum uel in oppositionem et si fuerit fortunata euadet et econtrario. Si autem fuerit mars et sol cum ea in geminis, magnam pacietur infirmitatem ex calore et lacrimatur vno oculo et forsitan fiat freneticus et multum timebit et ante eum apparebunt diuerse sturne [?] et pulsus eius vix invenitur. Caue, ne [Bl. 187v] minuas eum et da ei leuem dietam et parum et sit in loco temperato. Et cum venerit ad quartum aspectum, morietur infirmus, si luna infortunata fuerit, si autem fortunata euadet. Non des ei farmaciam laxatiuam, sed vtatur leui dieta.

Si luna fuerit in cancro, quando infirmitas aliter accidit

Digitized by Google

et aspexerit eam saturnus ex quarto uel septimo, accidit ei frigus post calorem siue in exitu ex balneo et non sentit odorem, dolet venter et habet tussim et habebit parum caloris, pulsus eius non invenitur. cum dolent ei lumbi et opus eius est ei medelam ad pectus purgandum et tussim reprimendam. Si vero non fuerit cum luna fortuna aliqua, nec aspexerit, donec pervenerit ad quartum aspectum uel ad oppositum loci, in quo incepit infirmitas, morietur infra 10 dies. Si autem aspexerit eam mars ex quarto uel septimo, significat vomitum et eructuaciones et dispositio mala stomachi, de⟨n⟩tur ei frigida. Et si non aspexerit eam fortuna, antequam veniat ad quartum aspectum morietur. Si autem cursu vacua est infirmitas ex replecione et nimio potu, nascitur cito et grauiter habet se in nocte, vtatur rebus temperatis. Quando veniet ad oppositum, euadet, si aspexerit eam fortuna. Sed si fuerit in aspectu martis uel solis absque auxilio fortunarum, recidiuatur uel vadat in acutam, pulsus eius non invenitur vno modo, in principio est minucio ei necessaria. Si ad gradus fuerit aspectus fortunarum alienatur et econverso uel ad 80 uel 90. Et magis affligit eum infirmitas in nocte quam in die et parum quiescit et clamat id est anxiatur. Et si fuerit fortuna in oppositione, euadet, et si infortunata, morietur uel recidiuat in aliam egritudinem. Et si debet euadere, euadet, quando luna peruenerit ad locum, in quo fuerit in inicio infirmitatis et fuerit non fortunata et econverso, euadet et econuerso. Si autem jupiter et saturnus finiunt cum ea in cancro, est morbus compositus ex frigidis humoribus in quarto. Si autem fuerit saturnus et mars et venus fuerit cum ea, erit infirmitas ex fatigatione et debilitate, da ei confortatiua. Et cum euenerit ad quartum aspectum uel oppositum. Si fuerit saturnus et mercurius et mars fuerit cum ea, infirmitas erit propter laborem uel propter nimium studium et est de colera nigra et significat titubacionem mentis et infirmitatem anime. Sed si fuerit ibi infortunata, deteriorabitur, et si fuerit fortunata, euadet. Cum venerit luna ad locum oppositum, in quo incepit infirmitas.

Si fuerit luna in leone et aspexerit eam saturnus ex quarto uel septimo, erit infirmitas ex humoribus corruptis uel ex flecmate vitreo et mala stomachi dispositione vbi mouet et sentit dolorem capitis et erit calor interius fortis et exterius frigiditas et erit infirmitas longa . et cum venerit luna ad quartum aspectum, si non aspexerit eam fortuna, moritur uel mutatur infirmitas, Et si fuerit fortuna, euadet. Si fuerit luna in loco et aspexerit eam mars ex quarto aspectu uel oppositione, erit infirmitas ex habundancia sanguinis et calore scilicet febre tertiane uel acute et aspexerit eum fortuna, euadet post magnam infirmitatem et magnam fatigacionem, et si mali morietur. Quando venerit ad oppositionem leonis similiter in quarto aspectu, luna vero sit in leone in quarto aspectu et solis et martis, habebit magnam

Digitized by Google

calorem in pectore et extrema ei frigescunt et calorem capitis. Si autem fuerit cum eo in leone erit infirmitas ex dolore cordis et quando venerit ad quartum aspectum, si fuerit fortuna, euadet, si infortuna moritur uel reciduat uel mutatur in aliam egritudinem. Si impedit [Bl. 188r] saturnus, impediet renes et vesicam. Si autem mercurius fuerit in leone cum illis significat turbaciones sensus et infirmitatem anime, cumque venerit luna ad quartum aspectum, si alleuiatur infirmitas, euadet, si urgetur, moritur. similiter in oppositione, in quarto aspectum secundum in decimo [?].

Cum luna fuerit in virgine et aspexerit eum saturnus in quarto uel septimo in inicio infirmitatis, pacietur in stomacho et in ventre et intestinis uel habebit apostemata interius et erit infirmitas occulta, quod vix poterit cognoscere nisi astronomus. Si vero fortuna eam aspexerit, euadet post multos dies et si infortuna, moritur ad quartum diem. Cum luna fuerit et aspexerit eam mars ex quarto uel septimo aspectu erit infirmitas cum magno calore interius et superhabundancia caloris vt sunt dissenteria et fluxus ventris et huius⟨modi⟩. Si autem aspexerit eam fortuna, euadet infra 30 dies, si infortuna moritur. Cum fuerit luna in cursu vacua, significat fluxum ventris ut dyarree uel lienterie [?] et per impedimentum vesice et strangwiree etc. Si autem fuerit cum ea mars uel sol uel mercurius erit infirmitas acutior et fortior cum turbacione sensus. Cum venerit ad quartum uel septimum aspectum liberabitur per auxilium fortunarum, et si grauatur, moritur per impedimentum malorum. Si autem saturnus et venus et mercurius fuerint cum ea inimica infirmitatis vel jupiter, erit infirmitas longa et durabit, donec iterum reuertatur ad virginem ad quartum aspectum eius.

Cum luna fuerit in libra et aspexerit eam saturnus ex quarto uel septimo aspectu, erit infirmita sin pede uel in capite et in pulmone et erit maior infirmitas. Si fuerit decrescens luna et dolebit ei frons et tympora, erit de replecione. Si autem aspexerit eam mars ex quarto aspectu uel septimo, erit infirmitas ex sanguine vt apostema uel pleuresis et peripleumonia et calor vehemens et mangne [?] et turbaciones mentis. Et si non aspexerit eam fortunate, morietur infra 23 dies, Si autem aspexerit, euadet, cum venerit luna ad oppositionem loci sui. Cum autem fuerit cursu vacua, habebit dolorem in pedibus et calorem interius et oculorum grauitates [?]. Cum autem venerit ad quartum aspectum uel septimum, liberabitur per fortunas et aggrauabitur uel morietur per malos. Si autem mars et sol aspexerint eandem septimus et erit forcior infirmitas, magis aggrauabitur in capite. Et si fuerit mercurius in libra cum luna, lacrimabunt ei oculi et pacietur dolorem in capite. Cum autem venerit ad jouem uel venerem in diebus creticis, alleuiabitur et euadet, econverso autem morietur et grauabitur.

Cum luna fuerit in scorpione et aspexerit eam saturnus ex

Digitized by Google

quarto uel septimo, erit infirmitas ex sanguine putrefacto uel uenenato [?]. Et si fuerit luna in diuisione luminis et aspexerit fortune, morietur. Et si fuerit crescens et fortunate aspexerit eam mars. Cum fuerit in scorpione et mars cum eo et jupiter aspexerit eam ex quarto, habebit postea febrem validam vnde necessaria est ei medicina laxatiua. Et cum venerit luna ad coniunctionem jouis, euadet. Cum autem luna fuerit cursu vacua est infirmitas leuis in principio et aucmentatur uel mutat se in aliam egritudinem ut inpedimento vesice uel yliorum et nascuntur ea pustule. Cum autem luna venerit ad tertium aspectum, pacietur febrem calidam. Et cum venerit ad solem, si non contulerint ei infortune, morietur, si autem contulerint ei fortune nascetur ei apostema sub ypocondrijs et liberabitur. Cum autem fuerit in scorpione mars et saturnus, primo habebit febrem calidam exfleumate salso. Cura eum non decet [Bl. 188$^{v}$] eum in diebus creticis, aspexerit eam fortune erit crisis ad bonum, si mali econverso. Si in quarto die uel septimo uel decimo uel quartodecimo fiunt fortunata.

Cum luna fuerit in sagittario et aspexerit eam saturnus ex quarto uel septimo, erit infirmitas ex flecmate et habebit calorem in toto corpore, sed pedes erunt frigidi, durauerit hec infirmitas quousque luna iungatur saturno bis, nisi aspexerit eam fortune; quod si aspexerit, durabit quousque deueniat ad oppositum loci, in quo fuerat. Cum luna fuerit in sag⟨ittario⟩ et aspexerit eam mars ex quarto uel septimo aspectu erit aucta lumine et numero, erit infirmitas occulta, adeo quod medicus non potest scire eam, et dolebit caput et totum corpus et vomet et pacietur fluxum ventris. si fortunate aspexerit eam in quarto vel septimo uel decimo uel undecimo uel quartodecimo die euadet, si infortunata morietur. Et si fuerit in sagittario cum joue uel venere, erit infirmitas ex reumate et pacietur tussim et calorem pectoris et euadet, quando venerit ad quartum aspectum.

Cum luna fuerit in capricorno et aspexerit eam saturnus ex quarto uel septimo et fuerit decrescens, erit egritudo ex nimia [egritudine] fatigacione uel frigore et pacietur dolorem pectoris [*Lücke*] ex sanguine corrupta. Si aspexerit eam fortunate euadet post longam egritudinem et si non aspexerit e converso morietur vsque ad 30 dies. Si autem fuerit in capricorno et aspexerit eam mars ex quarto uel septimo, significat habundanciam colere et malam disposicionem stomachi et indigent vnde veniet vomitus et fluxus ventris uel dissenteria et influat et pulsus non invenitur nulli diei. Et si aspiciant eam fortunate euadet, si non, morietur vsque ad 5. Cum erant cum marte et aspexerit eum et lunam augebit calorem et infirmitatem et per auxilium fortune euadet et per inpedimenta malorum morietur.

Cum fuerit luna in aquario et aucmentabit lumine et numero et aspexerit eam saturnus ex quarto uel septimo, erit egritudo ex nimio labore uel quandoque crescit quandoque minuitur. si

Digitized by Google

uiuet, timendum est de eo. Et quando venerit luna ad oppositum, si alleuiatur, uiuet, si aggrauatur, moritur. Et si fuerit cursu vacua erit egritudo fortis in principio et dolebit interius et erit longa egritudo, et quando venit luna ad solem, si aspexerint eam fortune, euadet si mali morietur. De subradijs si invenerit fortunam, antequam pervenerit ad locum in quo incepit infirmari, euadet infirmis, Si non invenerit, morietur. Cum autem saturnus et mercurius fuerint cum eo in aquario et egritudo ex colera nigra et si aspexeri⟨n⟩t eam fortune seruabitur antequam vadat ad oppositum loci sui. Si autem fuerit decrescens et infortunata, morietur, si fortunata euadet.

Cum luna fuerit in piscibus aucta lumine et numero et saturnus aspexerit eam ex quarto uel septimo, erit egritudo ex flecmate et pacietur in capite et in ventre, si aspexerit eam fortune, euadet si dolebit membrum. Cum luna fuerit in piscibus aucta lumine et numero aspexerit eam mars ex quarto uel septimo erit egritudo ex nimia replecione, ex sanguine et colera et peius se habebit quam in die. Si non aspexerit, morietur. Cum luna venerit ad locum, in quo erat in inicio egritudinis, si aspexerit fortuna, euadet. Si autem venus et jupiter fuerit cum ea, euadet, cum venerit ad oppositionem sui loci. Si autem fuerit mars, fuerit cum ea egritudo, erit ex sanguine et colera et per auxilium fortunarum ad lunam uel ad dominium ascendentis liberabitur et per noticiam malorum morietur.

Similiter stelle fixe, que sunt de natura veneris uel jouis uel lune, cum fuerint ad bonum, cum coniungitur eis immediate [Bl. 189r] quartus aspectus et in quarto uel tercio uel septili aspectu primo uel coniuncto et in oppositione et stelle fixe, que sunt de natura martis uel saturni nocent in locis predictis, quia in aliis aspectibus sunt dies cretici indicatiui. Et per aspectum uel coniunctionem fortunarum ad lunam in illis aspectibus terminatur crisis ad bonum et per aspectum malorum et ad coniunctionem et ad dominium domus martis ad malum. Et saturnus nocet in calidis egritudinibus et mars plus nocet in calidis egritudinibus et in frigidis minus et cum ambo semper nocent vbicunque sint, preter[?] suis aut preter[?] mittunt et non proficiunt et quicquid dant, dant cum labore et difficultate. Explicit liber de pestilencia.

### 195. **Johannes Martzacaro de Maguntia.**

Trotz seines italianisierten Namens ist der Verfasser einer Schrift über giftige Eiterbeulen (apostemata venenosa) wohl ein Deutscher aus Mainz namens Märzackerer, Marzecker oder Märzfleisch, den ich allerdings in Mainz nicht nachzuweisen vermochte einstweilen. Der Name Marzagaglia kommt in Verona im 15. Jahrhundert vor.

Die Eintragung im gedruckten Münchener Katalog lautet zu

Digitized by Google

Beginn des ***Cod. lat. 749***: Joannis Martzacaro de Maguntia tractatulus de apostematibus venenosis; auf diesen folgt Bl. 41ᵛ, anscheinend vom gleichen Verfasser, ein Abschnitt De variolis et morbillis von 8 Folio-Blättern Länge. Der übrige Inhalt der Handschrift, das Schriftchen über Kinderkrankheiten des Paolo Bagellardi aus Fiume und Konsilien des Wilhelm von Brescia, stammt aus Italien, deshalb erwähnen wir die Pestbeulenschrift auch hier. Das Folgende über den Inhalt des Pesttractatulus mag genügen. Die Niederschrift stammt aus dem Ende des 15. Jahrhunderts.

Incipit tractatulus de apostematibus venenosis agregatus per magistrum Johannem Marcza caro de Maguncia, que solent euenire tempore pestis et epidimie etc.

[Qu]am plurimum a quibusdam melioribus amicis meis quos habere videor rogatus, ut eis succincte et breuiter inscriberem curam apostematum venenosorum que solent euenire tempore pestis et epidimie. Ego enim Johannes Marcza caro de Maguncia collegi et accepi ex dictis gloriosissimi Galieni, Auicenne, Almansoris, Averrois et Constantini nec non et aliorum peritorum in hac sciencia laude digna. Inde tamen voluntatem sicut nouit scrutator secretorum vestrum defraudandi desiderium non quesiui, ymmo illud in vobis auidius peroptaui, quapropter munifice dextre saluatoris suffragio inminente iuxta meum posse nullum mendacium dicere volo. Suscipiant igitur vestre dilecionis sinceritates presens munusculum pro cuius complemento cooperante domino laborem assumere non vitaui, cum michi vestris satisfacere precibus non sit durum sed gratum, non asperum sed amenum.

Primo igitur sciendum est, quod tractatulum istum diuidam in xiiij capitula secundum quod videbitis.

Capitulum primum notificet vobis de diffinicione et nomine carbunculi et antracis et differencia eorum etc.

Cap. 2 docet vos quid debetis dare infirmo pestilenciato in prima visitatione etc.

Cap. 3 docet vos curam in generali pacienti carbunculum vel antracem.

Cap. 4 . . . . . in speciali . . .

Cap. 5 . . . curam apostematum que veniunt in locis emunctorialibus.

Cap. 6 . . . de diffinicione et causis febris pestilencialis.

. . . . . 10 docet vos qualiter astantes infirmis pestilenciatis possint secure seruire . . . 14 docet vos curam ignis persici . . .

### 196. Das Pestschriftchen des Hieronymus Baldinus.

Als Schrift eines Hieronymus Baldinus führt Haller in der Bibl. med. pract. unterm Jahre 1494 Medicamenta ad Pestem,

Digitized by Google

cum modico vino brodisque cicerum, aqua et aceto modico mixtum summe valet. Preterea omni tempore pestilentiali summe precauendum est, ne quis sitim uel famem paciatur, sed tunc temporis corpus sepius est refocillandum in modica quantitate, eciam quod cibarie sint parue quantitatis et magne qualitatis et boni nutrimenti. Item in omni cibo, quem primo commedere volueris, sit parua quantitas aceti mixta. Item omnia salsamenta sint cum aceto vel vino berberis confecta. Panis vester sit duum uel trium dierum de tritico puro, bene fermentato et bene cocto. Vinum vestrum sit odoriferum, non alienatum in sapore uel colore, non nimis forte uel nimium aquaticum, preterea ab omni nauseatiua replecione cibi uel potus sumopere est cauendum. Sed si fuerit, statim vomitus est prouocandus, ne periculosior egritudo sequatur. Item scena sit leuis et matura, ne corpus propter replecionem grauetur, preterea ad preseruandum corpus a febre pestilenciali necessaria est medicina preseruatiua et flebotomia, sed medicine ad hoc pertinentes inferius [sunt] habentur secundum ordinem. Flebothomia preseruatiua est talis: Si quis habuerit nimiam sanguinis quantitatem uel malam eius qualitatem aut aliquem humorem cum sanguine peccantem, ad minus in mense trahat sanguinem semel, aliquando de epatica dextri brachij, aliquando a splenetica sinistri brachij, aliquando de saluatella dextre manus, aliquando de saluatella sinistre manus, aliquando de saphena de pedibus, que vena wlgariter dicitur *Rosader*. Et teneatur ista regula generalis: quasi in omni tempore pestilenciali convenit sepius trahere sanguinem sed sub modica quantitate. Si autem alicui generetur febris pestilenticialis seu apostema pestilenciale, tunc fiat regimen alteratiuum seu curatiuum tale. Primo fiat flebotomia per modum talem. Si apostema apparuerit in emunctorio dextri brachij, id est sub assello, statim fiat flebotomia de mediana sinistri brachij et in continenti in eadem hora de epatica eiusdem brachii dextri; et hoc est intelligendum et faciendum in corporibus fortibus et plectoricis. Si autem corpus fuerit debile et delicatum aut pauci sanguinis, tunc statim fiat flebotomia de mediana, epatica uel saluatella eiusdem brachij dolentis [Bl. 128$^{v}$] dumtaxat et ista minucio est securior et certior: Eodem modo est operandum, si apostema cresceret sinistro sub ypocondrio. Si uero apostema apparet in emunctoris dextri pedis id est circa ygwina id est prope pudibunda, statim fiat flebotomia de sinistro pede ad intus id est sub talo de saphena, que wlgariter dicibus *Rosader* et de saphena dextri pedis, et illa flebotomia non est facienda secundum duos dyametros nisi in corpore forti et plectorico et in principio morbi. Si autem corpus fuerit debile et delicatum, tunc fiat flebotomia de pede eiusdem partis dolentis. Si uero apostema cresceret in emunctorio cerebri partis dextri, id est retro aurem dextram, statim fiat flebotomia de mediana brachij



Digitized by Google

sinistri et statim in eadem hora de cephalica brachij dextri; et hoc est faciendum, si corpus fuerit forte et plectoricum, si autem debile et extenuatum, fiat in parte dolente, hoc est in cephalica eiusdem brachij. Eodem modo fiat, si fiat in parte sinistra per modum contrarium. Si autem dolor et calor pestilencialis sine apostemate in capite fiat, fiat flebotomia in cephalica sinistri brachij uel dextri, si fuerit ante prandium. Si post prandium tunc fiat a cephalica, que est inter pollicem et indicem. Si autem apostema apparuerit in gutture, primo fiat flebotomia de mediana sinistri uel dextri brachij et statim fiat flebotomia in vena sub lingwa, que vocatur in vena squinantica. Si vero pustula nigra uel uiridis uel antrax in quacunque parte corporis aparuerit, presertim in morbi principio, fiat flebotomia de mediana partis opposite in continenti in saluatella eiusdem partis et tunc regatur paciens regimine peracute uarij et vtetur acetosis et ordeo ptisano et auenato et vino berberis in salsamento. aliaque localia remedia fiant secundum industriam medici tunc presentis. Et super omnia consulo, ut vnusquisque tempore pestilenciali et principaliter ante pestilenciam farmacum minorativum et dehinc eradicativum secundum consilium eradicativum sumere decreuerit, non sumat nisi humore prius preparato et digesto iuxta illud Ypocratis : digesta medicari et non manere cruda neque in principijs nisi expediat, multa enim non expediuntur etc. Si autem farmacum accipere uoluerit ad minus in ebdomada tribus uel quatuor vicibus in lectuli introitu sumat quinque vel septem pilulas a pestilencia preseruatiuas infrascriptas, quarum recepta est talis secundum Rasim et Auicennam: ℞ aloes epatici, aloe citrini ana ℥ j, mirre, croci ana ℥ semis, fiant pilula cum vino quorum componderent ʒ j. Sed ego addo ad res predictas bolj armenj ʒ ij et ex his omnibus rebus conficio pilulas modo supradicto et magis [Bl. 129r] erunt proficue et preseruatiue. Ac vero alia medicamina loco pilularum ego vtor, vt vsus fui in ciuitate Romana tempore pestis, que est talis: Rp Aloe epatici et citrini ana ʒ iij, sandali muscatelli, ra. raphani, ra. yris ana ʒ ij, foliorum rute, foliorum herbe perforate ana ʒ i et semis, coralli rubei, ossis de corde cerui ana ʒ semis, fiat puluis subtilis in mortario, de quo sumendum est interuallatis diebus uel saltem bis in septimana ad quantitatem unius parue castanee et distemperetur cum modico vino calido et recipiatur in ortu diei vel ante ad vnam horam. Recepto autem medicamine constituantur persone prope ignem clarum et sic calefiant per anteriorem et posteriorem partem corporis et successiue eadem hora liniantur labia oris et gingiue et foramina narium intus et extra cum aceto forti et consequenter tota facies eodem aceto lauetur. Electuarium confortatiuum et preseruatiuum ac febris pestilencialis alteratiuum competens in omni aere et febre pestilenciali est tale: ℞ Conserue rosarum rubearum, conserue boraginis, conserue buglosse ana ℥ j, con-

Digitized by Google

serue nenufaris ℥ semis. Margaritarum perforatarum ʒ i et semis, jacinctorum, saphirorum, smaragdarum, doronici romani, boli armeni, terre sigillate ana ʒ semis, omnium sandalorum, coralli rubej, spodij, seminis acetose, seminis citri ana ʒ j, ossis de corde cervi infusi in aqua rosarum ʒ j, limature auri et argenti ana ʒ j pannorum auri puri puri xx in numero, panis zuccari albi et duri ℥ iiij, puluerizanda puluerizentur subtiliter in vase marmoreo, misce omnia et conditum delicatum sine igne, quod spergatur cum modica aqua rosarum electa, de quo sumendum est omni mane ad quantitatem nucis arboree et modicum de vino odorifero suprabibatur, quando alia medicina non sumitur. Item pomum ambre, massa valens tempore pestilenciali: ℞ laudani purissimi ℥ j, storacis, calamite ℥ semis, ambre grisee ʒ semis, ligni aloes, sandali muscatelli ana ʒ j et semis, rosarum, maiorane, mirre, thuris, cariofili, nucis muscate ana ʒ j, balsami ʒ semis, musci, camphore ana ʒ j, fiat pomum cum sufficienti aqua rosarum et semper portetur in manibus et de tali massa posset poni de mane et vespere ad carbones ad quantitatem nucis muscate alias pise parue pro fumigio in camera fienda. Item omni ebdomada tutum est sumere tiriacam cum metridate per modum talem ℞ tiriace ʒ semis, metridati ʒ j, misce et de mane ad ʒ horas ante ortum diei cum vino calido [Bl. 129ᵛ]. et ieiunetur circa meridiem et tunc eadem die nullam sumat aliam medicinam. Item tragea quis potest vti tempore pestilenciali ℞ cynamomi interioris corticis electe ℥ j, zingiberis albi, florum cynamomi ana ʒ iij, galange, yari, zedoarie ʒ s, nucis muscati, cardamomi, folij, rosarum rubearum, osimi, maiorane, sandali rubei, saphiri, doronici romani, boli armenici, coralli rubei ana grana vij, ossis de corde cerui grana quinque, zuccari duri lib. j et semis, fiat tragea de qua gredatur [?] in fine comestionis in mica panis in vino tincta.

### 233. Ein Kassineser Pesttraktat.

Im ***Codex XCII*** zu Montecassino, von dem im 2. Bande des gedruckten Katalogs der Manuskripte Cassinesi 1875 in Fol.° S. 328—336 eine ausführliche Inhaltsanalyse gegeben ist, findet sich auf S. 507—512 ein, wie der Verfasser des Katalogs sich glaubt überzeugt zu haben, bisher ungedruckter Pesttraktat, den er als „Discursus astronomicus" bezeichnet. Er beginnt:

Omnes homines natura scire desiderant. est autem scire rem per causas cognoscere, cum enim nil sit cuius causa non precesserit. De causis igitur rerum propter scire est investigandum, quia ignoratis principiis ignorantur et alia. Cause vero principia rerum sunt. Cum autem per universum causa hinstabilis fuerit et sit periodice pestis, ut sciamus corpora conservare, convenit de causis eius investigare. Dicamus ergo secundum

Digitized by Google

motiva antiquorum quod cause mortalitatis sive pestis preterite, presentis et future fuerunt et sunt duplices universales et particulares. Universalis et remote fuerunt, coniunctio saturni et iovis in aquario que fuit 1392 (?) de mense martii . . .

und schließt:

Recipit salis nitri ℥ ij, vitrioli romani ℥ i, zinnabari ℥ ß, pistentur et incorporentur et ponantur in lambicho vitreo et forti igne distelletur aqua et cum ista aqua causticetur locus. deinde deo auxiliante curetur cura cirurgie.

Das Ganze ist im gleichen Katalogbande im angehängten „Florilegium Casinense" S. 23—33 im vollen Wortlaute zum Abdruck gebracht. Die astrologische Einleitung füllt über 2 Folioseiten; es folgen 17 Problemata bzw. Quaestiones mit ihren Lösungen, die drei Seiten füllen, darauf die eigentliche Pestdiätetik, eingeteilt nach dem üblichen Schema der res non naturales, die eigentliche Pestprophylaxe und die Kur.

234. **Ein weiterer Tractatus de peste des Magister Johannes de Penna.**

Wir haben uns mit einem Pestkonsilium des Johannes della Penna aus Neapel schon im V. Bande dieses Archivs S. 341—348 beschäftigt. Nun trifft man unter den Handschriften der Breslauer Universitätsbibliothek in ***Cod. III F. 6*** auf Bl. 191—198 aus dem Anfange des 15. Jahrhunderts auf ein Consilium Magistri Joannis de Pinna (publ. per Mgr. Franciscum de Bononia coram Univ. Parisiens. anno 1305[1]), 15. Jan.) ad evitandum pestilenciae periculum cum animadversionibus anonymi auctoris contra idem. Wegen Francinus de Bononia kann ich auf Bd. VI dieses Archivs S. 328—333 verweisen, hier heißt es aber Franciscum. Ich bin der Sache in der Handschrift selbst noch nicht näher nachgegangen.

Ich bin aber im Wiesbadener ***Codex 61*** Bl. 50r—51r auf einen weiteren „tractatus de peste compositus a magistro Johanne de penna excellentiore alijs" gestoßen, der von dem publizierten Leipziger Texte völlig abweicht. Ich teile ihn in folgendem mit; die Abschrift dürfte kurz nach 1400 hergestellt sein.

Prima et comunis regula est, non sinere approximare homines venientes a regionibus et locis iam tactis a peste et quanto magis ipsos iam pacientes effugere ad loca proxima [!] eis.

Secunda regula est specialis, de quibus sibi ipsi debeat preuidere.

[1]) Verschrieben für 1395?

Digitized by Google

Secundo [?] specialiter quilibet sibipsi prouideat de purgacione mundificatiua sanguinis ab acutis et corruptibus [!] humidis, precipue colericis, et hoc fiat cum aqua fructuum descripta a Damasceno vel sero caprino in etatibus puerilibus et facile mobilibus, cum syrupo vero de fumo terre et forcioribus prouectis, cujus descripcio propria in tali causa hec est: vis corticum mirabalanorum citrinorum et kebulorum ana ℥ ij, florum buglosse, florum borraginis, violarum absque cuscute folliculorum, sene ana ℥ a et semis, liquiricie, foliorum rosarum rubearum et completarum ana ℥ i, epithimi ℥ semis, polipodij quercini preparati et residentis cum arido et frigido[?]li. j, prunorum et passularum enucleatarum ana lib. semis, zuccari albi lb. ij, mell. rosarum lib. semis, succi fumi terre depurati sine coctura lib. ij, pulpe cassie fistule, pulpe tamarindorum ana ℥ ij et semis, succi rosarum leniter tracti lb. semis et potest poni de turbith, si videatur conuenire purgandi homines ℥ ij, dosis ab ℥ ij usque ad ℥ 4 cum aqua calida que mane et sero solumque semel sufficit in tali casu purgare sed cum iteracione et iteracionibus purgacio fiet ad securitatem maiorem succurrende pestis.

## Regule de minucione sanguinis.

Tercio quilibet habens sanguinem copiosum minuatur per flebotomiam vene communis dextre aut sinistre aut et vtriusque vicissim, donec sufficienter alleuietur per flebotomiam aliqualiter a pristino quamuis non superfluente et hoc cum iteracione et iteracione [!] iuxta tolleranciam nature et etatis hominis procurati. Caucius tamen est parce quam habundenter in sanguine habere ad vitandum sanguinis corrupcionem propriam huic pesti, quia pestis illa sanguinea est in sanguinis venenosa adustione fundata. Ordo vero purgacionis ad flebotomiam et complexio⟨nem⟩ quod in magis colericis procedat purgacio, in aliis vero flebotomia procedat purgacionem.

Quarto seruetur dieta in cibo ex potu electis et laudatis, comuniter subtilibus ac facilibus digestionis vitando grossos cibos tam de carnibus quam de pasta et piscibus omneque salitum et acutum, sitque omnis cibus et potus versus frigidum et humidum declinans. Aceti aut quatenus [?] non stiptizent ut citonia, pira, sorba, post cibum tantum, quia studendum est, quod venter seruetur lubricus, sic aut parciet [?] quantitas cibi et largiet potus tam aque quam vini subtilis aquosi et albi. Vniuersa autem comestio cum potu sit tanta, ex qua pars corpus non grauatum restet sed sensibiliter lene.

Exercicium sit moderatum, antequam aliquis senciatur de peste in aere proprio uel vicino; cum autem iam aer vicinus uel proprius sentitur infectus et iam incipiens egros habere, vitetur omne exercicium et seruetur quies.

Electuarium ad continuum vsum ante cibum et post cibum:

Digitized by Google

℞ seminis arnoglosse, seminis scarioli, seminis portulace, seminum communium omnium mundat⟨iv⟩orum, seminis acetose ana ʒ i, violae florum, borraginis florum, nenufaris florum, buglosse ana ʒ semis, ligni aloes, cannelle dulcis, sandali albi ⟨et⟩ rubei et citrini ana ʒ semis, reubarbari ʒ semis, margaritarum albarum, saphiri, cristalli, limature eboris ana ℈ ij, syrupi de cortice citri fiat cum candis violarum, quod sufficit succi et sic ex conservis [?] ros. rubearum ℥ semis pulpe sumac, berberis ana ʒ ij, dosis qualibet vice ℥ semis uel circa.

Trociscus sollidatiuus spirituum omni mane sumere vna cum vino subtili pauco ℞ emblicorum, karabe, sticados arabici, zedoarie, se. citri mundati, mirtillorum, spodij vsnee ana ʒ semis ambre, coralli, margaritarum croci ana ℈ j, smaragdi ℈ i, terre sigillate, boli armenici, camphore ana ʒ semis, cristalli optime puluerizati ʒ 2, fiat ex eis puluis, sed camphora pulverizetur sola cum triplo sui de optimo cinamomo, deinde ex eis fiant trocisci cum vino [Bl. 50ᵛ] vel mina, dosis puluris ʒ semis.

Fumigium bonum ℞ rosarum rubearum ʒ prolzandi [?] citri ʒ 20 [?], ligni aloes, ambre, camphore ana ʒ semis. Ambra soluatur in aqua rosarum et alie medicine conficiantur cum ea et fiant pilule, quarum vna post vnam fumigatur in pestilencijs et ante et post.

Aer autem eligatur recens et frigidus siccus et nemorosus, sitque habitacio sub vento opposito regioni, a qua pestis procedit et sit locus coopertus a vento, qui venit ab aere jam tacto a peste.

Aer vero domus et camere disponatur sternando per solia ramos mirtorum ac vinearum cum renouacione frequenti, supraspergendo forte acetum vna cum pauco aque rosarum mixtum super dictos ramos et per parietes habitacionis ipsius.

Sintque in camera baccilia plena aqua rosarum cum tertia sui de forti aceto, in qua ponantur frustra seu subtiles fella acetositatis citri cum semine suo et ex tali mixtura suscipiatur frequenter odor qualibet hora.

Et hoc de preseruacione in qua maior est habenda spes ad euasionem dicte pestis.

Cum enim quidam sanj egrotat hac peste, paruum habet remedij tempus et conferenciam rariorem pro ipsa cura talis pestis iam actu inuadentis corpus, quodcumque videre est prius de naturalibus causis eius, cum imperiti medici dicant siue ydeoti illam a deo procedere vel a celo.

Cause pestis, quia hec hodierna, que cum glandulis pestis est, ex anciatibus quibusdam quidem patentibus, pluribus autem occultis scil. mera corpora paciencium. Ideo duo habet verenda scil. radicem et caudam. Pro radice enim, in qua ipsa accenditur secundum hominis corpus habet [?] ebulicionem sanguinis et feruorem, qualis est dispositio sanguinis ad antracem, ad quod comunister disposuit corpora aeris constitucio, ad calidius et

Digitized by Google

siccius versa ab annis iam multis elapsis continuata et adhuc perdurans, vnde in corporibus multi et calidi sanguinis accenditur grauior. Pro cauda vero habet venenositatem ex proprietate corrupcionis sanguinis sibi connexam, quam principalium membrorum spiritus percurrendo malignatur, vnde habentes fragiliores spiritus ex etate, sexu uel aliter vel aliter [!] plurimum perduntur in ea propter ambo aut hec puelle in cursu [?] menstruacionis statute nondum tamen menstruate perierunt plurime.

Modus inuasionis talis pestis. Invadit autem hec pestis maxime ab anhelitibus hominum iam infectorum in couersantis et approximantis illis et aeri contaminacio ab ipsis velocius quidem et grauius in habentes corpora preparata, tardius vero aut lenius aut nequaquam in contraria ueniat autem hec pestis successiua inuasio, donec preparacionem inuenerit susceptiuam et efficatiuam inpressiuam. Summa enim ineptitudo ad pati aliqualiter uis efficit ei inpressore, manet illesa, sed aptitudo multa a quoduis magis ea inpressione cadit multum, nec tamen impossibile est ab omnino, excedente continuato impressore vinci ineptitudinem susceptam.

Accidencia inuadit que pestis ista cum febre forti ut plurimum a fumosis exalacionibus dicti [?] ebulientis sanguinis causata magis quam a vaporibus putridis, et cum sompno graui propter fugam et reclusionem spumosi caloris ad cor ex venenositate percepta causatam. Et cum sintomatis plurimum aliquando autem cretica expulsione medetur [?] aliquem et certa loca emunctorii quandoque vnius membri principalium quando alterius, vnde vocate glandule subito apparet eruisse a conatu nature territe generate et quandoque cum vomitibus et secessibus sinthomatis in dampnum plus quam commodi paciencium factis debilitata scil. per ipsos, nam quatenus minus possit iam in presse venositati resistere.

Pestis non est febris pestilencialis neq⟨uaq⟩uam, quam auctores medici descripserunt, sed est pestis febrilis seu cum febre tanquam vnum accidentium eius non et interficit ex febrili excessu nec ex cruditate febrilis materie, cum interficiat plurimos prima, secunda vel tercia die. sed interficit sua insidiosa et lacita venenositate et velud specifica eius forma, quia proprietate qualitate dictam sanguinis corrupcionem sequentis tepefacta multum qualitate febrili. Est enim pestis antracalis uel antraces. pestiferi.

In cura igitur calidi pestis cum moderacione febris et aliorum accidencium ut sompnum et reliquorum per apropriata remedia singulo eorum preterquam exitui glandularum et antracium, quem similiter conuenit semper cum attrahentibus maturantibus et dolorem si expedit sedantibus et non prohibere intendendum est maxime et prudenter [?] certa differenciam radicis eius et tandem ad radicem quidem quia mundificancia sanguinem et minuencia [?] ipsum ut in regimine preseruatiuo prius est dictum nec non per alterancia et infrigidancia sed

Digitized by Google

remissiora quam in tempore preseruatiuo a peste [Bl. 51r] et hoc propter venenositatis presenciam, ad quam expellendam et inpugnandam infrigidacio non confert. Ad caudam vero scilicet venenositatem pestis impressam super omnia intendendum est per vsum cordialium et precipue notatorum tyriacalium offerenda illa interius et exterius applicando, frigida quidem ex eis in multo febrili excessu, ut electuarium descriptum superius, lactuca, portulara, acetosa, camphora, coriandrum, acetositas citri et semen eius mundatum, semen acetose et similia ac etiam trociscus descriptus superius, minus vero frigida offerendo et applicando. ymmo et calida tyriacalia, quando remissa videtur iudicacio febris, preualere vero venenositati et insidiose malignitati, ut quando virtutis malignacio est vltra proposicionem manifestarum causarum ledencium, disposicione notabili medicacio sed offerendo quandoque aliquid de metridato cum vino virtuoso calido aut cum aqua uel vino decoccione zedoaris vel corticis citri uel calamenti et bethonice vel dando aqua⟨m⟩ distillacionis calamenti et betonice aut scariole agrestis, seminis lilij et similium tyriacalium calidorum singulariter uel mixtim, faciendo eciam ex eis vel eorum aliquibus julep dandum cum aqua calida ad prouocandum sudores et pellendam venenositatem ad extra. Quia ergo contraria est indicacio febris indicacioni venenositatis pellende, ideo in tali casu agendum est secundum regulam ad quod magis properat et regulam de aduersantibus sibi in uiam indicacionibus vbi non oportet alterius extremitatem capientem obliuisci alterius penitus sed ambarum semper reminiscentem in quantum possibile est miscere eas.

Solutiuum iam egrotantes hac peste. Syrupus autem purgatiuus congruens magis in corpore iam actu inuaso ab hac peste fiat talis ℞ foliorum et florum scariole agrestis, acetose, lactuce, foliorum cicoree ana manum j, corticis citri et seminum citri mundatorum et contritorum ana ℥ semis, violarum, foliculorum sene, florum borraginis ana ℥ semis, polipodij quercinj pistati et residentis cum aliis et feniculo ℥ iiij, pulpe cassie fistule, pulpe tamarindorum ana ℥ semis, prunorum, sebesten ana 12, zuccari lib. i, succi fumi terre lib. i, reub. boni ℥ j; reub⟨arbarum⟩ autem puluerizetur et proiciatur in syrupum circa finem bulicionis, postea coletur per stanugiam iaiam [?] cum expressione vel pultum aromatizando, suspendatur in pecia iaia in ipso syrupo et frequenter ac sufficienter exprimatur, donec in syrupum virtus sua transeat. dosis huius syrupi est ab ℥ ij usque ad quatuor cum calida aqua iuxta tolleranciam et obedienciam nature recipientis.

Julep ad febrem magis conueniens. ℞ vtriusque cridi [?], lactucarum, borraginis, portulace, acetose ana man. i corticis et seminis citrj mundatorum et contritorum, seminis acetose ana ℥ semis, viole, foliorum rose ana ℥ semis, zuccari lib. j, succi acetositatis citri, aque rosarum ana ℥ semis, detur cum aqua frigida.

Digitized by Google

Julep in intencione ad venenositatem magis: ℞ scariole agrestis, calamentj, vtriusque betonice ana M. j, corticum et seminum citri mundatorum et contritorum ana ℥ semis, zedoarie, cannelle dulcis ana ʒ iij, zuccari lib. j, aque distillationis betonice aut scabiose ℥ semis; detur cum aqua scariole agrestis calefacta ad tolleranciam.

Item electuarium laxatiuum factum in succo rosarum, vbi laxacio est oportuna causa abhominacionis syrupi laxatiui et in magis robustis, cuius descripcio hec est ℞ corticum mirabolanorum citrinorum ʒ semis, turbith electi et contriti cum 4 sui de zingibere ʒ 12, cuscute, folliculorum sene contritorum ana ℥ i, pulpe tamarindorum ℥ 3, dyagridij cocti pulmenti ʒ 6; hec omnia resideant per diem et noctem aut plus in ℥ 20 succi rosarum rubearum et completarum leniter tracti ab exterius illorum foliorum rosarum et depurati per bulicionem sub sole, deinde delaccentur super lentum ignem, usque quo incipit feruere ducendo continue totam mixturam cum pistello, deinde colentur cum expressione et colature addatur ℥ i et semis, mane delaccate cum succo rosarum quod sufficit et pulpe sumac ℥ i, postea calide mixtura conficiatur cum zucc⟨aro⟩ borali et sic coquatur super lentum ignem. Et cum ab igne depositum est, continue ducetur cum pistello donec incipiat resugerari et tunc incorporetur cum illo rebi iste pulueres ℞ gariofilorum, zinziberis ana ʒ ij, spodij, sandali albi et rubei ana ʒ iij, dosis cuius ab ℥ semis usque ad ℥ j, in quibusdam ʒ 7, in quibusdam ℥ 1 et semis secundum robur nature pacientis.

Explicit tractatus de peste compositus a magistro Johanne de penna excellenciore alijs.

Jedenfalls macht das Schriftstück den Eindruck, als wenn der Verfasser ein Mann von Urteilskraft sei, der die Materie beherrscht und überschaut.

### 235. **Giovanni d'Itri, Libellus de peste huius anni 1476.**

Nach dem 10. Mai 1476 erschien zu Rom bei [Mag.] Johannes Schürener (aus Boppard)[1]) ein Libellus de peste anni 1476, auf 10 Blättern Quarto.

Iohannis Itrensis philosophi ac medici p̄stan || tissimi Ad Marcellū caput đ ferro Patritiū || Romanū uirū clarissimum Libellus de peste || huius anni Millesimi .CCCC.LXXVI. Bl. 10ᵛ:

Conclusio. || Hec mihi uenere in mentem amice carissime . . . Rome Die .X. Maii .M.CCCC.LXXVI.

[1]) Über Magister Johann Schürener vgl. Konr. Haebler in s. Deutsch. Buchdrucker im Ausl. S. 87/88.

Digitized by Google

Ein Exemplar befindet sich auf der Nationalbibliothek zu Florenz. (OSLER, Incunabula Medica 1923, S. 82, Nr. 101; HAIN, Nr. 9404.)

Über den Verfasser, der aus Itri, nordwestlich von Capua, stammt, weiß ich weiter nichts zu sagen, auch nichts über den Inhalt des Buches, das in den „Archana medicine", Genf [Vivian] ca. 1500 oder wenig später wieder mit abgedruckt sein soll (GRÄSSE, Literargesch. II, 2, 2, S. 594), deren Titelblatt ich der Liebenswürdigkeit des Herrn Kollegen ARNOLD C. KLEBS in Nyon verdanke:

Archana m̃edicine ‖
Candidus ‖ De genitura hominis et de signis cõceptiõis ....
Conseruatorium sanitatis ‖ Per Jo. phĩlippum de lignamine messanẽsis siculũ editũ ...
Petrus de abano ‖ De singulis venenis et curis ...
Arnaldus de villa noua ‖ De arte cognoscẽdi venena.
Tractatulus de peste et epydimia domini Valasti de tarẽta ...
Alius tractatulus de peste et epydimia Johãnis Itrensiis. de præser= ‖ uatione et cura ipsius. ‖ ...

Der Traktat des Itrensis hat dort 14 Kapitel, das 14. überschrieben:

¶ Quomodo corpora stantia preparata esse oportet

und schließt:

Hec mihi venere in mentem, amice carissime, in quibus si quid inepte dictum est varijs negotijs et breuitati temporis penitus ascribatur. Et si quid corrigendum vna tecum eximij atque clarissimi Ariminensis et Lancilotti patres mei non deerunt. Vale et vt soles anna.

[Ich hoffe über den Inhalt dieses Libellus de Peste später noch nähere Mitteilung machen zu können.]

236. Die

**„Salernitaner" Pestverse,**

die DE RENZI, 13 an der Zahl, sowohl in seiner ersten Lese (Coll. Vol. I, S. 500) Vers 1669—1681, wie in seiner zweiten Sammlung (Coll. Vol, V, S. 77/78) Vers 2640—2652 mit aufgenommen hat, bringen als „Regimen tempore pestis" die Lehren der zweiten Hälfte des 14. und des 15. Jahrhunderts; bei ARNALD standen sie denn auch noch nicht, ihre metrische Faktur ist fürchterlich. Mit Salerno haben sie nichts zu tun. Ihre „dichterische" Fixierung geht kaum bis ins 14. Jahrhundert zurück, vielleicht nicht einmal bis in das 15.

Digitized by Google

### 237. Ein libretto de pestilencia des Nicolò di Ingegne für einen Fürsten von Tarent.

Nach Süditalien und in die allerletzten Jahre des 15. Jahrhunderts gehört ein Pestbüchlein, das sich im ***Ms. ital. 455*** der Pariser Nationalbibliothek findet. Es beginnt:

> Incomenza el libretto de pestilencia composto per messer Nicolo di Ingegne cavaliere et medico al suo glorioso signore Johanne Antonio di Baucio di Ursini principio di Taranto et cetero suo singolare singnore nell anno del Signor 1498 del mese di março.

Näheres über diesen Nicolò di oder da Ingegne weiß ich ebensowenig zu sagen, wie über einen etwaigen Ort dieses Namens; auch betr. einen Orsini mit Vornamen Giovanni Antonio mit dem Zunamen di Baucio oder selbst ohne denselben, der Fürst von Tarent gewesen wäre, vermag ich nichts Weiteres einstweilen beizubringen. Selbst über den Inhalt dieses Pariser italienischen Pesttextes vermag ich vorläufig eine genauere Auskunft nicht zu geben; ich muß mich mit diesem ersten Hinweis begnügen.

### 238. Ein consilium circa praeservationem metuendae pestis für Fürst Jacobus de Manderano (Monterone), 1448 geschrieben von Dr. med. Saladin Ferro de Esculo zu Monopoli, „civitate Apuliae".

Von dem auch sonst ja nicht unbekannten[1]) Saladinus Ferro da Ascoli hat sich im Münchener ***Cod. latinus 363,*** geschrieben im 15. Jahrhundert auf Bl. 108 ein „Consilium contra pestem a. 1448 in Monopuli civitate compositum" [am 24. Dezember] erhalten, das sich auch in Leipzig handschriftlich findet. Im Quart-***Cod. 1227*** steht es dort auf Blatt 128r—151. Der Münchener Text ist vom Nürnberger Hartmann Schedel zu Padua in Abschrift am 7. April 1464 abgeschlossen worden.

Dieser Traktatus soll 1576 zu Venedig in italienischer Übersetzung eines Salustio Visconti an Gratioli, Andreae Commentarii di Peste angehängt gedruckt sein:

„M. Andreo Gratiolo, di Salo, Discorso di Peste, nel quale si contengono utilissimi speculationi intorno alla natura, ragioni e curazione della Peste con un Catalogo di tutte le Pesti piu notabili de tempi passati." Der Titel der Saladin-Pestschrift soll lauten:

[1]) Vgl. in Leo Zimmermann, Saladini de Asculo ... compendium aromatiorum. Leipzig 1919, die Einleitung.

Digitized by Google

„Ferri Saladini Ascolani Tractatulus antea non editus de Peste, Italico sermone redditus a Salustio Visconti."

Ich folge in dem im folgenden mitgeteilten Texte der Münchener Abschrift HARTMANN SCHEDELS, dem auf besonderem Blatt (107) unter der Aufschrift „Consilium de Peste" eine Darstellung des Pestheiligen St. Sebastian bunt in Farben in kreisrundem Bild von etwa 15 cm Durchmesser vorausgeschickt ist, und teile den etwas langatmigen Text nur auszugsweise mit.

Ad magnificum et ornatissimum Ierosolomitanum militem dominum Jacobum de Monterone principalem generalem viceprincipem, Consilium nomini tuo dedicatum, Magnificencie tue transmitto, quod ea beniuolencia atque fide suscipias velim, qua pro tuenda et conseruanda bona valetudine tua pluribus tandem noctibus vigilando perfeci. Vale.

Capitulum primum de causis epidimie.

Consulturus pro communi omnium utilitate circa preseruacionem metuende pestis, cuius hoc anno dubitatur euentus, racionabile videtur prius investigandam esse causam morbi juxta illud Aristotilis primo phisicorum. Tunc enim vnumquodque opinamur scire cum causas cognoscimus usque ad elementa. Cum itaque plures sint opiniones in hac materia, ex eis tamen tres famosiores describam. ¶ Prima nanque opinio est theologocum, qui deum causant in epidimia propter scelera hominum punienda uel propter euitandam indiuiduorum multiplicacionem. Et quia opinio ista nihil habet, speculacionis, dimittatur. Nullus enim dubitat, deum esse primam et vniuersalissimam causam omnium, que hic sunt, iuxta literam Ptolomej nono almagestj sui scribentis, quod omnia ab octaua spera inferius ad primi motoris imperium mouentur, vt sepe legimus in veteri testamento, iratum deum hac pestifera clade percussisse rebellem plebem, ut de primogenitis Egiptorum ibi patet. Et etiam in Ezechiele preter signatos thau per angelum usque ad mingentes ad parietem occisos legitur. Que quidem theologorum opinio, licet secundum fidem nostram catholicam sit verissima, tamen Auerrois sexto colliget, quantum ad assignacionem cause, increpat istos per hec verba: Quicunque non possunt particularem et propriam assignare causam effectibus, mos eis est ad primam causam recurrere, ut faciunt ydeote, et similiter scribitur super primo pronosticorum . n . G., quod quilibet particularis effectus sua causa particulari et propria regulatur. Et hec de prima opinione. ¶ Secunda opinio in ordine est philosophorum et astrologorum simul, qui particularius investigant causas rerum, sumentes pro principio fundamento eam proponere, quam Aristoteles primo methaurorum describit, videlicet quod

Digitized by Google

necesse est, mundum hunc inferiorem superioribus lationibus esse continuum, vt omnis virtus inde gubernetur, vt eciam G⟨alienus⟩ confirmat tercio de creticis diebus capitulo secundo et decimo in fine, quod omnia que desuper sunt astrorum potimur virtute. Illis namque 6 primis diebus (quos sacri doctores in libro exameron describunt) solum in creacione mundi operatus est dominus. Postea vero permisit mundum hunc nostrum, quantum ad corpus et non quantum ad accionem [?] secundum superiores influencias ab eo constitutas tamquam per vicarios gubernari, licet ipse deus cum voluerit valeat, omnes influencias ac superiores ordines de potencia absoluta non solum impedire aut renouare, verum eciam destruere et ex toto delere. Cum ergo ita sit, ut isti asserunt, dico quod sepe causa epidemie in hijs inferioribus est ex influencijs septem supercelestium planetarum et signorum duodecim que notabilius nobis sunt stellas influentiam causant. Planete autem sunt septem. Primus et altior atque prauior est saturnus, sub eo est jupiter et sub ioue mars et [Bl. 108ᵛ] sub marte et, in medio solet sub sole venus . . . [109ʳ] . . . ¶ Tercia et vltima opinio in inquirendo particulares epidimie causas est philosophorum et medicorum simul, non tamen negancium secundam iam positam opinionem esse veram, sed quia planete et influencie astrorum et alie forme ex formis celi facientes esse necessarium illud, cuius aduentus ignoratur scilicet a wlgaribus, ut wlt Auicenna prima quarti capitulo de febre pestilenciali: sunt cause vniuersales remote et sunt materie speculatiue, que non ab omnibus apprehenduntur. Ideo isti magis sensibiliter procedentes ponunt tria elementa et ex tribus aerem precipue posse corrumpi et esse causam epidimie in his inferioribus, ad quod probandum isti sic arguunt . . . [109ᵛ] . . . Ponunt itaque phisici, duplex esse posse principium omnis pestis quoddam vniuersale remotum et figuris et formis supercelestibus . . . aliud est principium magis particulare ut puta aer male dispositus et etiam vapores corrupti, ex terra uel aqua mixti, simul cum aere eleuati a re fetida uel corrupta, vti sunt corpora occisa in prelio uel suspensa prope ciuitates et non sepulta uel quocunque aliter congregata cadauera . . . aque stantes putride . . . Nam vnus infectus veniens de loco pestilentiato est sufficiens [Bl. 110ʳ] totam ciuitatem sanam corrumpere . . .

Cap. secundum de ordine sex rerum non naturalium et primo de rectificacione aeris . . . de cibo et potu . . . de pane carnibus ovis lacte et caseo . . . piscibus . . . salsamentis . . . aceto . . . speciebus . . . leguminibus fructibus cepis alleis de diversitate temporum circa cibos vino aqua de exercicio et quiete inanicione et repletione sompno et vigilia . . . accid. anime cohetu conversacione.

Cap. tercium de preseruacione a pestilencia cum

Digitized by Google

euacuantibus et alijs medicinis appropriatis . . . [die Rufus-Pillen heißen „pillule de vita", von ihm selbst so genannt] . . . de cinamomo tyriaca bolo arm. acetosella tormentilla . . . de arbore arbatri uel saluatri terra sigillata . . . pulvere Sarracenorum . . . sirupis julep conservis . . .

De cura febris pestilencialis et glandule et antracis . . . cap. quartum [Bl. 119v] . . . ad virtutem . . . ad febrem . . . ad apostemata [122r] . . . Quoniam multi solent curiosa p⟨r⟩oblemata . . . et dubia in hac materia ab ydeotis et vulgaribus et interdum a doctis viris interrogari idcirco aliqua describenda p⟨r⟩oplemata auditu miranda, ad que tamen hactenus respondere non curo propter duo, primo propter temporis breuitatem et sollicitudinem amicorum a me requirentium cum festinacione [?] tale consilium. Secundo ut dem aliqualem speculandi manum aliis doctoribus et peritissimis phisicis, quos oro, ne me susurando lacerent sed potius excusando corrigant et emendent.

prim. p⟨r⟩oblema, quare ista pestis magis inficit homines quam alia animalia?

secundum . . ., quare ista pestis magis est contagiosa quam alie febres putride?

tercium . . . Quare in aliquibus partibus fit et in aliquibus non?

. . . . . .

32 m Quare est quod post terre motus notabiles ut plurimum sequitur pestis?

[Ich verweise auf Bd. XIV S. 142—146. Bei Saladin folgen bis Bl. 125v die Lösungen bzw. Antworten; dann schließt der Traktat:]

Et sic ad laudem dei patet ad omnia predicta solutio.

¶ Hec sunt que mihi ad presens meliora occurrerunt in hac fugienda contagiosa pestilenciali disposicione, a qua nos defendere et preseruare dignetur intercedente beatissimo martire Sebastiano omnipotens deus ejusque vnigenitus filius Jesus redemptor noster, qui sanat languores omnes et facit mirabilia magna solus, cui sit honor et gloria per infinita secula seculorum Amen.

Per dominum Saladinum Ferro de Esculo, liberalium artium et medicine doctorem Anno domini 1448 die illa deuotissime vigilie natiuitatis domini [also am 24. Dez.] in Monopoli ciuitate Appulie. Scriptum Padue Anno etc lxiiij die septima mensis Aprilis per me HARTMANNUM SCHEDEL de nuremberga deo laus.

239. **Consilium contra pestem, ein anonymer Pesttraktat zu Palermo.**

Ganz das Gangbare in aller Kürze als Lebensregel für die Pestzeit bringt eine Handschrift der Biblioteca Comunale zu Palermo ***Ms. 2 Qq. D. 140*** als Nr. 13 auf zwei Blättern, die etwa 1460 bis 1470 beschriftet sein mögen. Im gedruckten Katalog Vol. III Bl. 331

Digitized by Google

ist es als „Conscillinus de Peste Oratio" bezeichnet, offenbar verlesen nach der folgenden Überschrift.

Conscilium contra pestem.[1])

Rectificetur aier primo suae residentiae cum aspersionibus aceti et aquae rosatae per solium et parietes domus et sterminentur per domum rami et follia arborum murtillorum et granatorum, arangiorium, citoniorum, canarum et palmitum vitis et non permitantur exsiccari et putrefieri, sed sic et saepius renovetur. Abluat etiam aliquociens manus cum acepto [!] et aqua roxata cum quibus lavet etiam aliquando pedes suos. Et non permittat ingressum multitudinis gencium in camera suae residenciae ne aerem supercalefaciant et corrumpant, si aliqui illorum forte forent infecti. Non faciat aperiri fenestras camerae ante ortum solis. De mane, quando surgit, priusquam praebeat audienciam, sumat modicum confeccionis, quae dicitur de lapidibus sive speciebus cum modico vini boni et vernaci [?] maluaxie vel trebianj, vel loco confeccionis sumant frustum unum panis aliqualiter arsi, infusi in aliquo dictorum vinorum et teneat continuo in manu ad odorandum pomum secundum descriptionem Gentilis et tractatus de pestillencia. Inquit Albertus Magnus in suo tractatu de lapidibus, quod deffere zafirum in anulis aureis fugat febres pestiferas et atroces et tuetur et proservat [!] aerem ingredientem pestilentiae. Tempore pluviae faciat ignem accendi in camera resindenciae suae ex lignis cipresse, citoniorum, granatorum, aranciorum, spargique faciat super prunas ignis aliquantulum turis. Cibus et potus sit ut infra.

[Bl. 1v] Cibus et potus.

Carnibus utatur leporinis, capriolinis, edinis, pernicum, faxianorum et avium minutorum. Caveat quam a carnibus porcinis, agninis, columbinis et carnibus avium in aqua degencium sicut anatum et anserum. Caveatque a pis⟨c⟩ibus, maxime ab anguilis et tencis[2]) grosis, potest tamen uti piscibus aquae cur⟨r⟩entis et petrosae, sicut sunt trutae et pis⟨c⟩iculi Tiberini.[3]) Ova conveniunt ellisata in aqua et sorbilia molia [in oleo ?]. Ideo omnia praeparari faciat cum aceto. A fructibus abstineat generale, nisi forte sint acetosa ut pira muscata et apra et mella sanctae Mariae. Caveat a saporibus sinapis et erucae, pro quibus utitur suco agrestae vel arancij cum modico croci et cinamomi. Croco autem utatur in omnibus pulmentis et ferculis, quia est maxime cordialle. Post cibum sumat modicum coriandri confecti praeparati aut modicum caxey mediocris inter durum et mollem vel piris atque citonijs.

[1]) Im gedruckten Katalog Vol. III S. 331 verlesen „Conscillinus de Peste Oratio". [2]) tinca, Schleie. [3]) Also wohl in Rom verfaßt!



Digitized by Google

### Potus.

Vina praeservantia a pestillentia debent esse clara odorifera, non fumosa sed pocius parva aliqualiter bruscha sicut sunt vina urbis Genis in comitatu Florenciae. Non tolleret sitim, sed si sitit in meridie, uti potest vino granatorum vel vino crispino vel julep comuni aquis quatuor vel vino praedicto convenienter aquato.

### Somnus et vigilia.

[Bl. 2r] In meridie, si posibille est, non dormiat, sed pocius de mane quiescat, quantum voluerit, ante prandium; quodsi dormire cogatur, saltim duas horas interponat post cibum.

### Motus et quies.

Ab exercicio forti caveat, in quo multum cogitur anellitus[1]) magnificari et inspis⟨s⟩ari et permaxime post cibum asumptum, post quem sanius est quiescere vel deambullare paulacius. Stuffae etiam et balnea proibita semper tempore pestillenciae.

### Beneficium ventris.

Procuret singulis diebus habere beneficium ventris, faciat quod de mane quando surget fieri fricationes lenes ad capud, semperque a mensa surgat famellicus, fugiens plurimum diversitatem ciborum.

### Accidencia animi.

Ab ira et tristicia et timore pestellenciae et a naratione mortuorum de peste caveat, quantum potest ab actu coytus.

### Regimen per medicinas.

Utatur pillolis comunibus de aloe ⟨p⟩aratis dragma meza ante comestionem de mane, quarum usus bis suficiat in ebdomata. Utatur seminibus citri mundati a suis corticibus quinque vel sex grana, quae mirabilia semper in evellendo venenum pestiferum sine aliquo impedimento nocumenti, ut dixit Averois. utatur insuper aliquando boly armeny dragma media subtiliβime triti et bene permisti cum vino odorifico, de quo Galienus inquit, quod mirabiliter confert epidimiae et quod nunquam vidit aliquem sumentem, qui non liberaretur de epidimia. Usus triacae [Bl. 2v] tempore magni aestus et in homine calidae complexionis non nisi cum aliquo infrigidante concedatur, sicut cum vino granatorum uel aqua bugulosae, de cuius triacae uxu inquit Raby Moyses, quod in partibus Antiochiae tempore cuiusdam pestillenciae omnes alliae medicinae aproximatae inveniebantur debilles praeter triacham, qua utentes omnes ab illo morbo liberabantur moriebanturque, qui eam negligebant, qui vero nondum erat occupatus a morbo et triacham asumpsit, fuit ab

[1]) = anhelitus.

Digitized by Google

ipso innocivus praeservatus. Laudatur ab omnibus auctoribus uxus quotidianus unius caricis cum una nuce et tribus foliis rutae cum grano sallis, qua quidem mixtione utentem inpossibile est illa die corumpi a veneno, ut dicit Diascorides, et hoc et mane quando vadit ad menssem. Quia vero in pestillentia multi vermes venenoxi et lombri⟨c⟩a multiplicantur, optimus est uxus dictamj albi aliquando, de quo in libro de animalibus mirabilia reffert Aristoteles.

Ollera competentia sunt acorea, id est radighe, crispigno, scabiosa, betonicha, bugolosa, aceptosa, melisae, vincitosicum, radices comunis cepe, quibus omnibus uti potest et salatuno cum aceto.

Ex praedictis omnibus potest una die sumere unum allia die alliud, ita quod omni die sumetur aliquid praedictorum. Explicit.

### 240. Tractatus de pestilentia secundum Magistrum Franciscum de Camerino.

So liest wenigstens Dr. Ignaz Schwarz vermutungsweise den ausradierten und durch den des jungen Burkhard von Horneck ersetzten Namen einer Würzburger Handschrift aus dem 15. Jahrhundert, bezeichnet ***M. ch. q. 1,*** auf der dortigen Universitätsbibliothek, wo das Pestschriftstück Bl. 120$^{r}$—132$^{v}$ füllt und mit den Worten anhebt:

„Occulta est adeo pestiferi morbi essentia adeoque aeris latens infectio . . .

Daß die mehrfach italienische Städte als von der Pest heimgesucht nennende Schrift wirklich 1309 schon verfaßt sei, wie eine Deckelnotiz des Bandes besagen soll, ist wenig wahrscheinlich, eben wegen dieser Städtenennungen. Sie mag doch erst nach 1347 zu setzen sein.

Ein Franciscus de Camerino ist als Dominikaner und „Erzbischof des Bosporus" um 1333 zu belegen, wie Schwarz aus Eubel nachweist; möglich, daß dies derselbe Mann sein soll, dessen Name Schwarz enträtselt haben will. Ich muß mich einstweilen auch hier mit kurzem Hinweis begnügen.

### 241. Eine Pestinkunabel „Contra morbum epidemie".

Hain gibt in seinem Repertorium Bibliographicum, Vol. I, pars II, 1827 unter Nr. 6603 eine von ihm selbst nicht gesehene Pestschrift:



Digitized by Google

Contra morbum Epidemie et pro preservatione eiusdem Cuius Reliquie in multis locis adhuc apparebunt, o. O. und Jahr, ohne Druckerangabe, 4 Bll.

Ich habe dies einstweilen nicht gesehen, kann also nicht sagen, ob es nach Italien gehört.

### 242—244. **Kleine Peststücke aus Italien.**

Ein ***Cod. Gaddianus 175*** in $4^0$ aus der Zeit zwischen 1460 und 1480 bringt auf Bl. $3^v$ und $4^r$

Contra pestem nobile Remedium et verum.

R . . Diptamni albi, Sandalorum rubeorum .... aperiatur vena illius lateris apostemate etc.

* * *

Aus dem ***Cod. Casanatensis 46*** zu Rom seien folgende (sehr sauber geschriebene) italienische Pestrezepte mitgeteilt:

[Bl. $42^v$] Poluere contra pesta.

Poluare contra apesta ricetta ℞ Galamo aromatico ana ℥ j, Çucaro Colombina ana j, Gientiana ℥ j fanne poluare et sella persona apiti di xx anni, pigline xviii d. pesi et da x anni a xx xij pesi et da dodici anni ingni vi d. pesi.

Poluere contra peste.

Poluare contra pesta ricetta ℞ dittamo bianco ℥ j, bolio armineo, camfera, sandoli rossi, corno di ceruo arso ana ℥ j, di queste cose fanne poluare ella persone che e da ɣɣ anni in su ne pigli xvi đ pesi, triacà quanto vna faua et ℥ iij dacqua dindiuia e mescola ogni cosa insieme e piglia la, e da x anni a xx anni x đ pesi con la detta triaca e acepera e piglia la et da xij anni in giu v de pesi contanta triaca, quanto e uno ciecio lacqua dindiuia ℥ j semis e piglila.

[Bl. $43^v$] P. contra apeste.

Pillole contra apeste ricetta ℞ Aloe ottimo lauati in acqua rosa ʒ IIIJ$^0$, Mirre ʒ j, Mastice, Boli armini ana ʒ j, Croci, reubarbari fini, corallorum ana ℈ j, tormentilla ʒ ij, spici ʒ semis, camfera ℈ semis, sandoli rubei e fiat piollole cum uino albo o cum acque rose.

P. contra peste uennero darodi.

[Bl. $44^r$] Pillole contra apesta uennero darodi ricetta ℞ pulpodio quercino ricente, mirabolani, cedrini et indi, foglia di sena ana ʒ ij, mastrice, ispigo anna ℈ iij, zafferano ℈ j, aloe patico ℥ j qu. j, riformatur cum sugo di rose.

Digitized by Google

Pillole contra pesta.

Pillole contra apesta ricetta ℞ aloe ʒ quatro, mirra ʒ ij, çafferano ʒ j, terra sigillata, bolio armenio ana ϑ ij, cardamomo ʒ j, confundantur cum uino odorifero.

Im ***Codex Riccardianus 2175*** zu Florenz Bl. 42$^{v}$

xlvj Contra pestem ℞

Tempore pestis vtere pillulis istis ℞ aloes apatici ʒ iiij, mirre electe, cinamomi ana ʒ iij, croci, ligni aloes ana ʒ ij, gariofolorum, macis, masticis ana ʒ iij et semis, fac pillolas.

